



OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

RITUALE

SEU

IN

ADMINISTRATIONE

ET

FUNCTIONIBUS RITE OBEUNDIS OBSERVANDA

AC IN USUM

Országos Széchényi Könyvtár

DIOECESIUM ACCOMMODATA.

TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS PESTIENSIS.

1 8 3 8.

RTU

ROMANO-GOLDFEN

TOHNUA AGHODU

ADMINISTRATIVE


ADMINISTRATIVE

OSZK

OSZK



OSZK



606963



Országos Széchényi Könyvtár

Leltári szám:

B 4243/1980



OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

sacramenta Baptismi, Poenitentiae, Extremae unctionis, et Matrimonii (quorum administratio ad Sacerdotem proprie pertinet) debent a propriis Parochis ministrari, et non ab aliis, nisi de Ordinarii, aut proprii Parochi licentia, aut in casu necessitatis.

sacerdos nullum Sacramentum conferat excommunicato, vel existenti in peccato mortali notorio, aut occulto, occulte petenti.

sacerdos Sacramenta ministraturus, illorum vim, et usum (si et ubi commode fieri possit) pro suscipientium captu, pru-

denter, etiam lingua vernacula explicet, ut decrevit S. Synodus Tridentina. Sess. 24. de Reform. cap. 7.

um in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur, quam instituta Sacramenta; Sacerdos ea administraturus, meminisse imprimis debet, se sancta sancte tractare, atque omni fere temporis momento ad tam sanctae administrationis officium exequendum in integra, casta, piaque vita paratum esse oportere; deinde accedens supplex ad Altare, orationem sequentem administrationi Sacramentorum, pro temporis opportunitate, praemittere studeat:

desto Domine supplicationibus nostris, et me indignum, qui primus misericordia tua indigeo, clementer exaudi, et quem non electione meriti, sed dono gratiae tuae constituisti hujus operis ministrum, da fiduciam tui muneris exequendi, atque ipse nostro ministerio, quod tuae pietatis est, operare. Qui vivis, et regnas in saecula saeculorum, Amen.

acrum Baptisma, inter alia novae Legis Sacramenta a Christo instituta primum tenet locum, eo, quod cunctis ad salutem sit necessarium, et Christianae religionis, ac aeternae vitae januam pandat; ut ipsa Veritas testatur illis verbis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in Regnum DEI Joan. 3. v. 5.

n hoc conferendo Sacramento, alia sunt ex ipsa institutione Christi Domini indispensabiliter necessaria, ut Materia, Forma,

et Minister; alia ex Apostolica, et antiquissima traditione accepta et approbata, nec nisi summae necessitatis causa omittenda; de illis aliqua ex Rituali Romano, S. Tridentinae Synodo maxime conformi, praemonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium rite, ac sancte peragatur.

ujus Sacramenti materia est aqua vera et naturalis, nullum proinde alium liquorem Parochus ad id applicare potest.

qua vero solennis Baptismi sit eo anno benedicta in Sabbato sancto Paschatis, vel Sabbato Pentecostes, quae in Fonte mundo nitida, et pura diligenter conservetur; et haec, quando nova benedicenda est, in Ecclesiae, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur.

i aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, in minori quantitate alia non benedicta admisceri potest.

i vero corrupta fuerit, aut effluerit, aut quorvis modo defecerit; Parochus in fontem bene mundatum, ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quae infra praescribitur. Pag. 51. seq.

ed, si aqua congelata sit, curetur, ut liquefiat; si autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquae naturalis non benedictae calefacere, et admiscere aquae baptismali, in vasculo ad id parato, et ea tepefacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

uoniam Baptismi forma his verbis expressa: Ego te baptizo in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, omnino necessaria est; ideo eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno et eodem tempore, quo fit ablutio, pronuncianda sunt.

atinus Presbyter Latina forma semper utatur.

um Baptismum iterare nullo modo liceat, si quis cum conditione, de qua infra, sit baptizandus, ea conditio explicanda est hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in Nomine Patris, etc.; hac tamen conditionalis forma non passim, et pro obvio dubio uti licebit, verum prudenter, et, ubi re diligenter pervestigata, adhuc probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum.

aptismus licet fieri possit, aut per infusionem aquae, aut per immersionem, aut per aspersionem: primus tamen vel secundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineantur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum Crucis uno et eodem tempore, quo verba proferuntur, et idem sit aquam fundens, et verba pronuncians, quae verba formulae absque diminutione, vel additione, vel etiam sanctorum quorumpiam Patronorum invocatione pronunciari debent.

bi vero Baptismus fit per infusionem aquae, cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem, sed vel in Sacrarium Baptisterii, prope ipsum fontem exstructum defluat, aut in aliquo vase, ad hunc usum parato, recepta in ipsius Baptisterii, vel in Ecclesiae Sacrarium effundatur.

ure legitimo datum est Sacerdotibus et Parochis in suis Parochiis tanquam ministris baptizare, sed id in aliena Parochia, aut etiam in alienos Parochianos non licet exequi, nisi ab Ordinario, vel Parocho delegata adsit potestas.

uoties infans, aut Catechumenus versatur in vitae periculo, potest sine solennitate baptizari a quocunque, et in qualibet lingua, sive Clerico, sive Laico, etiam excommunicato, sive fidei, sive infidei, sive Catholico, sive haeretico, sive viro, sive femina, servata tamen forma, et intentione Ecclesiae.

n tali tamen etiam casu, si adsit Sacerdos, hic preferatur Diacono, Diaconus Sub-diacono, Clericus laico, fidelis infideli, vir feminae: nisi pudoris causa, deceat feminam potius, quam virum baptizare infantem non omnino editum; vel nisi femina sciret melius formam baptizandi. Quapropter plurimum curare debet Parochus, ut fideles, praesertim obstetrices, rectam baptizandi formam sciant, teneant, et probe servant.

ater aut Mater propriam prolem baptizare non debet, praeterquam in mortis articulo, dum alius non reperitur, qui baptizet; neque tunc ullam contrahunt cognationem, quae Matrimonii usum impediat.

oportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes, sive baptizandos, sive baptizatos, quamprimum fieri poterit, et qua decet Christiana modestia, sine pompae vanitate, deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum Periculo salutis; et ut iis, qui ex necessitate privatim baptizati sunt, consuetae caeremoniae, ritusque suppleantur, ommissa videlicet forma, et ablutione.

i de vita infantis, vel catechumeni timeatur, tunc Baptismus minus solennis ita peragitur. Sacerdos, sive alius pro ratione necessitatis baptizans, praetermissis aliis omnibus baptizat eum, proferens verba: Ego te baptizo in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ter fundens parum aquae super caput baptizandi.

um foetus est in utero materno inclusus, non potest baptizari. Si vero caput emergat, et timeatur periculum mortis, baptizetur, etiam non cognito sexu: et postea perfecte natus nec sub conditione rebaptizabitur. Secus tamen, si pedem, aut manum emiseric, extra uterum Matris, quia

tunc quidem membrum illud baptizabitur, si vitalem indicet motum; et tunc si natus vixerit, erit sub conditione rebaptizandus eo modo, quo paulo supra dictum est: si vero ita baptizatus, deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri.

i Mater praegnans mortua fuerit, foetus quamprimum caute extrahatur, ac, si vivus fuerit, baptizetur; si fuerit mortuus, ante consecutionem baptismi, in loco sacro sepeliri non debet. Infantes expositi et inventi, si, re diligenter investigata, de eorum baptismo non constet, sub conditione baptizentur.

n Monstris vero baptizandis, si casus eveniat, magna cautio adhibenda est: de quo, si opus fuerit, Ordinarius loci, vel alii periti consulantur, nisi mortis periculum immineat.

onstrum, quod humanam speciem non praesefert, baptizari non debet; de quo, si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptizo in Nomine Patris, etc.

llud vero, de quo dubium est, unane, aut plures sint personae, non baptizetur, donec id discernatur: discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora; tunc enim totidem erunt corda, et animae, hominesque distincti, et eo casu singuli seorsim sunt baptizandi, unicuique dicendo: Ego te baptizo etc. Si vero periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit Minister, singulorum capitibus aquam infundens, omnes simul baptizare dicendo: Ego vos baptizo in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quam tamen formam in iis solum, et in aliis similibus mortis periculis, ad plures simul baptizandos, et ubi tempus non patitur, ut singuli separatim baptizentur; alias numquam licet adhibere.

uando vero non est certum, in monstro esse duas personas, ut quia duo capita, et duo pectora non habet bene distincta; tunc debet primum unus absolute baptizari, et postea alter sub conditione, hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

um infans, vel adultus ob mortis periculum fuerit baptizatus extra templum, postea cum convaluerit, vel cum primum licuerit, deferatur ad Ecclesiam, et adhibeantur ritus consueti, hoc uno excepto, quod non adhibeatur aqua, neque forma verborum proferatur, quibus baptismus conficitur, quia jam erat baptizatus. Si vero, re diligenter perquisita, fuerit dubium, utrum sit baptizatus, sub conditione baptizetur taliter: Si non es baptizatus, ego te baptizo in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Cujusmodi conditionalis baptizatio facienda est circa infantes, qui ab ostetricibus baptizati esse referuntur, si constet, vel praesumi possit, aliquam non habere exactam formae scientiam, et memoriam.

uando adultus petit Baptismum, debet prius institui in fide, quae est in Christo Jesu, competentis dierum spatio; ita ut sufficienter, judicio prudentium, antequam baptizetur, sit in fide instructus. Si tamen esset morti proximus, habita tunc periculi ratione, instruatur, et baptizetur; Catechumenus instructus in rebus fidei, baptizetur in Ecclesia. Patrinus ei assistat: ad interrogata vero ipse catechumenus respondeat, siquidem aetatem habet.

arochus antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Susceptores seu Patrinos elegerint, qui infantem de sacro Fonte suscipiant, ne phures, quam liceat, aut indignos vel ineptos admittat.

am cum Patrini officium sit, spiritualis sui curam gerere, ab eo munere arcendi sunt manifesti haeretici, infideles, judaei, non baptizati, et omnes perditae famae homines,

impuberes, et qui Dominicam orationem, ac fidei Symbolum ignorant: similiter ad officium Patrinorum admitti non possunt publice excommunicati, aut interdicti; Notorie item criminosi, et sana mente destituti: ac finaliter omnes, qui ex nefaria secta sua, vel ignorantia pro baptizato respondere nequeunt, et spirituales filios suos, quos de Baptismi fonte susceperint, ubi opus fuerit, in rudimentis fidei opportune instruere non sunt capaces.

atrinus unus tantum, sive vir, sive mulier, vel ad summum unus et una adhibeantur ex Decreto Concilii Tridentini, Sess. XXIV. Cap. 2. de Reformat. Matrim. sed simul non adhibeantur duo viri, aut duae mulieres: neque ipsius baptizandi Pater aut Mater, etiamsi immineat filio mortis periculum, cum tunc nec sit opus Patrino.

d hoc tamen Patrinorum munus obeundum regulariter admitti non debent Monachi, vel Sancti-moniales, neque alii cujusvis Ordinis Regulares a saeculo segregati, cum officio talismodi, dum opus foret, correspondere non valerent.

uod si plures duobus sese tanquam Patrinos sistere velint, nec possit Parochus a parente baptizandae prolis, aut ab obstetrice, aut alio quopiam certo cognoscere duos illos, qui libro sunt inscribendi, et spirituales cognationem contracturi; liberum sit Parocho ex pluribus duos, ad hoc munus maxime idoneos deligere, et eos Patrinos declarare, ac inscribere; alii vero praesentes, ut rei gerendae testes, et comprecatores computandi erunt.

icet Baptismus quovis tempore, etiam interdicti, et cessationis a divinis, praesertim si urgeat necessitas, conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissimo Ecclesiae Romanae ritu sacri sunt dies, in quibus solenni caeremonia hoc Sacra-

mentum administrari maxime convenit, nempe: Sabbatum sanctum Paschae, et Sabbatum ante Pentecosten, quibus diebus, baptismalis fontis aqua rite consecratur. Quem ritum, quantum fieri commode potest, in adultis baptizandis, nisi vitae periculum immineat, retineri decet, praecipue in Metropolitana et Cathedralibus Ecclesiis.

uamvis porro urgente necessitate, ubique baptizare, nihil impediatur, tamen proprius baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit fons baptismalis, vel certe baptisterium prope Ecclesiam.

roinde necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet, nisi forte sint Regum, aut magnorum Principum filii, idque ipsis ita exposcentibus: dummodo tamen id fiat in eorum Capellis seu Oratoriis, et in aqua baptismali de more benedicta.

aptisterium sit decenti loco, et forma, materiaque solida, et quae aquam bene contineat, decenter ornatum, et cancellis circumseptum, sera et clave munitum, atque ita observatum, ut pulvis, vel aliae sordes intro non penetrent: in eoque, quantum fieri poterit, depingatur, vel statuaria opere collocetur Imago Sancti Joannis Christum baptizantis.

acrum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria quinta in Coena Domini. Curabit itaque Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat, et tunc vetera in Ecclesia comburat. Neque veteribus oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum uti licet; ac si deficere videantur, et Chrisma, aut oleum benedictum haberi non possit, aliud de olivis oleum non benedictum in minori quantitate adjici, et commisceri potest.

Chrisma, et oleum sacrum sint in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis bene obturatis: quae vascula sint inter se distincta, et propriam unumquodque inscriptionem habeat majusculis litteris incisam, ne quis error committatur. Similiter observandum erit in minoribus vasculis, quae pro usu quotidiano, vel pro excursionibus distantiae majoris haberi debent, ut omnis praecaveatur error.

in ea igitur majora vascula Chrismatis, et olei, quod sufficiat, infundatur; atque ut effusionis periculum praepediatur, commodum erit in his vasculis bombacium, seu quid simile habere, oleo sacro, et chrismate separatim perfusum, in quod pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

haec vascula ita parata, in loco proprio, honesto, ac mundo, sub clave, ac tuta custodia decenter asserventur, curabitque Parochus, ne ab aliquo Laico temere tangantur, verum per se ipsum, vel alium Sacerdotem, vel saltem per ordinarium Ecclesiae ministrum haec olea deferantur: cavebit item Parochus, ne de iis quidquam ulli unquam, cujusvis rei sub praetextu tribuat, ut omnis taliter eis sacrilege abutendi amputetur occasio.

al, qui in os baptizandi immittendus est, sit benedictus sua peculiari benedictione, quae infra praescribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendam aquam; sitque prius bene confractus, et attritus, siccus, ac mundus. Sal ita benedictus nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur; sed ad alios baptizandos servetur, vel in Sacrarium abjiciatur.

um Baptismi Sacramentum jam administrandum est, in promptu esse debent sequentia: Vascula sacri olei Catechumenorum et Chrismatis. Vasculum cum sale benedicendo, vel

jam, ut dictum est, benedicto. Vasculum nitidum, ad aquam baptismi fundendam supra caput baptizandi, quod nulli praeterea alteri usui deserviat. Pelvis, seu Bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in Sacrarium, vel vas in Baptisterio adaptatum defluat. Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris oleis inuncta. Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur; et vas pro manuum lotionem post baptismum, quod huic tantum usui deservire decet. Alba vestis in modum pallioli, sive linteolum candidum, infantis capiti imponendum. Cereus, seu candela cerea baptizato ardens tradenda. Hic denique Ritualis Liber sit paratus: et Liber etiam Baptismalis, in quo baptizati, et eorum Patrini adscribuntur.

ta praeenumeratis in parato existentibus, accedat Parochus ad limen Ecclesiae, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt, interroget eos, (ut praemissum est, et nisi de his bene sibi constet) an infans sit suae Parochiae; masculus an femina; an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite; item qui sint compadres, qui infantem teneant, proque eo respondeant; quos pie, et decenter assistere, ac, prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

*uoniam vero iis, qui baptizantur, tanquam Dei filiis in Christo regenerandis, et in ejus militiam conscribendis, nomen imponi debet, curet, ne obscuro, fabulosa, aut ridicula, vel inanum deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius agendum, ut nomen alicujus Sancti baptizando omni imponatur, quatenus excellentis illius virtutis et sanctitatis imitatione ad Christianam pietatem animus ejus excite-
tur, speretque, sibi eum Patrum fore ad omnes animae et corporis molestias superandas.*

uibus omnibus praemissis Parochus, vel Sacerdos alter Sacramentum Baptismi administraturus, serio expendat, quod Dei Optimi Maximi causam agat, qui severa animadversione puniet, si sancta non sancte tractentur. Curabit itaque ante

omnia Sacerdos, ut reperiat in statu gratiae, et si sit sibi alicujus peccati mortalis conscius (quod Deus a ministro suo arvertat, et nec praesupponendum est) aut confiteatur, antequam ad baptizandum procedat; aut si desit ei copia Sacerdotis, de commisso peccato doleat, proponatque prima data quaque opportunitate idipsum confiteri. Deinde indutus superpelliceo et stola, vesteque talari, infante super brachium dextrum illius qui eum defert, posito, Parochus ad Baptismum procedat in hunc, qui sequitur, modum.

Quis vocaris?	Mi a' neved?	Wie heißest du?	Kako ti je ime?
Joannes, Catharina, etc.	János Kata- lin, etc.	Johannes Ka- tharina.	Ivan, Kata- rina.
Abrenuncias Statanae?	Ellene mondasz- ë az ördögnek?	Entsagest du dem Teufel?	Odgovarash- lise Vraga?
Abrenuncio.	Ellene mondok.	Ich entsage.	Odgovaramse.
t omnibus ope- ribus ejus?	És minden cseleke- detinek?	Und allen seinen Werken?	I svih njegovih- zlih dilih?
Abrenuncio.	Ellene mondok.	Ich entsage.	Odgovaramse.
t omnibus pompis ejus?	És minden pompái- nak?	Und aller seiner ei- genen Pracht?	I sve njegove gizdoche?
Abrenuncio.	Ellene mondok.	Ich entsage.	Odgovaramse.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Caeli et terrae?	<i>Hisz-ë a' min-denható Atya-Is-tenbe, Mennynék és földnek terem-tőjébe?</i>	Glaubest du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde.	<i>Virujeshli u Boga Otca sve-mogucha, Stvo-ritelja Nebba, i Zemlje?</i>
Credo.	<i>Hiszek.</i>	Ich glaube.	<i>Virujem.</i>
Credis in Je-sum Christum filium ejus uni-cum, Dominum nostrum, natum, et pas-sum?	<i>Hisz-ë a' Jé-zus Krisztusba, ő egy fiába, mi Urunkba, ki e' világra született, és kint halált szenvedett?</i>	Glaubest du an Jesum Christum sei-nen einigen Sohn, unsern Herrn, der geboren ist, und ge-litten hat?	<i>Virujeshli u Isusa Isuker-sta, Sina nje-gova jedinoga, Gospodina na-shega, rodje-na, i mucsena?</i>
Credo.	<i>Hiszek.</i>	Ich glaube.	<i>Virujem.</i>
Credis in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, Remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam?	<i>Hisz-ë a' Sz. Lelekbe, közön-séges Keresztény Anya-szent-egy-házat, Szentek-nek egyességét, bűnöknek bocsá-nattyát, testnek fel-támadását, örök életet?</i>	Glaubest du an den heiligen Geist, die heilige allge-meine Kirche, Ge-meinschaft der Heiligen, Nachlassung der Sünden, Auf-erstehung des Flei-sches, ein ewiges Leben?	<i>Virujeshli u Duha svetoga, svetu Cerkvu Katolicsansku, Svetih opchen-je, grihah od-pushtenje, tila uskerstnutje, i Xivot vicsni?</i>
Credo.	<i>Hiszek.</i>	Ich glaube.	<i>Virujem.</i>

xi ab eo immunde spiritus, et da locum Spiritui sancto Paracrito.

Accipe Signum Crucis tam in fronte
quam in corde sume fidem caelestium praeceptorum,
et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

reces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et
hunc electum tuum Crucis Dominicae impressione ^{signatum}, perpetua
hanc electam tuam ^{signatam}, virtute custodi: ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans,
per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

omnipotens sempiternus Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi,
respicere dignare super hunc famulum tuum quem ad rudimenta fidei
hanc famulam tuam quam vocare dignatus es: omnem caecitatem cordis ab eo expelle: dis-
rumpe omnes laqueos Sathanae, quibus fuerat colligatus; aperi ei
Domine januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus,
omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem
praeceptorum tuorum, lactis tibi in Ecclesia tua deserviat, et
proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum.
Amen.

xorcizo te creatura Salis, in nomine Dei Patris omnipotentis
et in charitate Domini nostri Jesu Christi et in virtute

tus sancti Exorcizo te per Deum vivum per Deum verum per Deum sanctum per Deum qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit: ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam Salis sanctificando sanctifices et benedicens ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum: in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Deinde immittit sal in aquam. *Orans: N.* Accipe Salem sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam. Amen. Pax tecum. Et cum Spiritu tuo.

Deus Patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut ^{hunc famulum tuum} ^{hanc famulam tuam} respicere digneris propitius; et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur caelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc ^{cum} ^{eam} Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcizo te immunde spiritus, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ut exeas, et recedas ab ^{hoc famulo} ^{hac famula} Dei ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit. ergo maledicte Diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo, Filio

ejus, et Spiritui sancto, et recede ab ^{hoc famulo} Dei ^{hac famula} quia ^{istum} ^{istam} sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, et benedictionem, fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

Et hoc

signum sanctae Crucis quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

eternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis et veritatis, super ^{huac famulum tuum} ^{hanc famulam tuam} ut digneris ^{illum} ^{illam} illuminare lumine intelligentiae tuae: munda ^{eum} ^{eam} et sanctifica, da ei scientiam veram, ut ^{dignus} ^{digna} gratia Baptismi tui ^{effectus} ^{effecta} teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

Gloria tibi Domine.

n illo tempore: Oblati sunt Jesu parvuli, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus vero ait illis: Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Laus tibi Christe.

Pater noster. Ave Maria. Credo.

xorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini et Judicis nostri et in virtute Spiritus sancti ut discedas ab hoc plasmate Dei quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo: Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Ephphetha, quod est: Adaperire.

In odorem suavitatis. Tu autem effugare Diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam. Amen.

Estne Infans baptizatus?	Megkereszteltette e' gyermek?	Ist dieses Kind getauft?	Jeli Dite keresztjeno?
Non.	Nem.	Nein.	Nije.

Quis vocaris?	Mi a' neved?	Wie heißest du?	Kako ti je ime?
Joannes, Catharina, etc.	János Kata- lin, etc.	Johannes Ka- tharina.	Ivan, Kata- rina.
Abrenuncias Statanae?	Ellene mondasz- e az ördögnek?	Entsagest du dem Teufel?	Odgovarash- lise Vraga?
Abrenuncio.	Ellene mondok.	Ich entsage.	Odgovaramse.
Et omnibus operibus ejus?	És minden cseleke- detinek?	Und allen seinen Werken?	I svih njegovih- zlih dillih?
Abrenuncio.	Ellene mondok.	Ich entsage.	Odgovaramse.
Et omnibus pompis ejus?	És minden pompái- nak?	Und aller seiner eit- len Pracht?	I sve njegove gizdoche?
Abrenuncio.	Ellene mondok.	Ich entsage.	Odgovaramse.

go te linio oleo salutis
nostro, ut habeas vitam aeternam.

in Christo Jesu Domino
Amen.

Credis in Deum Patrem omni potentem, Creatorem Caeli et terrae?	<i>Hisz-e a' min-denható Atya-Is-tenbe, Mennynek és földnek terem-tőjébe?</i>	Glaubest du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde.	<i>Virujeshli u Boga Otca sve-mogucha, Stvo-ritelja Nebba, i Zemlje?</i>
Credo.	<i>Hiszek.</i>	Ich glaube.	<i>Virujem.</i>
Credis in Jesum Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum?	<i>Hisz-ë a' Jézus Krisztusba, ő egy fiába, mi Urunkba, ki e' világra, született, és kint halált szenvedett?</i>	Glaubest du an Jesum Christum seinen einigen Sohn, unsern Herrn, der geboren ist, und gelitten hat?	<i>Virujeshli u Isusa Isuker-sta, Sina nje-gova jedinoga, Gospodina nashaga, rodjena, i mucsena?</i>
Credo.	<i>Hiszek.</i>	Ich glaube.	<i>Virujem.</i>
Credis in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, Remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam?	<i>Hisz-ë a' Sz. Lelekbe, közön-séges Keresztény Anya-szent-egyházat, Szenteknek egyességét, bűnöknek bocsá-natját, testnek fel-támadását, örök életet?</i>	Glaubest du an den heiligen Geist, die heilige allgemeine Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlassung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, ein ewiges Leben?	<i>Virujeshli u Duha svetoga, svetu Cerkvu Katolicsansku, Svetih opchen-je, grihah od-pushtenje, tila uskerstnutje, i Xirot vicsni?</i>
Credo.	<i>Hiszek.</i>	Ich glaube.	<i>Virujem.</i>

Vis baptiza- ri?	<i>Akarsz-e meg- keresztelkedni?</i>	Willst du getauft werden?	<i>Hocheshlise kerstiti.</i>
Volo.	<i>Akarok.</i>	Sa ich will.	<i>Hochu.</i>

Filii Ego te baptizo in nomine Patris fundat primo; et
fundat secundo; et Spiritus sancti, fundat tertio.

Patris Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine
et Filii et Spiritus sancti.

Országos Széchényi Könyvtár

eus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te
regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi re-
missionem omnium peccatorum, ipse te liniat
Chrismate salutis, in eodem Christo Jesu Domino nostro in
vitam aeternam. Amen.

ceipe vestem candidam, quam immaculatam perferas
ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam ae-
ternam. Amen.

**accipe lampadem ardentem et irreprehensibilis custodi
Baptismum tuum: serva Dei mandata: ut, cum Dominus ve-
nerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis
in aula caelesti, habeasque vitam aeternam, et vivas in sae-
cula saeculorum. Amen.**

**Vade in pace, et Dominus sit te-
cum. Amen.**

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

**Ego te baptizo in nomine Pa-
tris 22.**

**eus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi 22.
stem, 22. Accipe Ve-**

Accipe lampadem,

admonendi sunt Susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum baptizato, baptizatique patre et matre; quae cognatio impedit matrimonium, ac dirimit.

*uret Parochus parentes Infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter oppressio-
nis periculum: sed eum diligenter custodiant, et opportune ad
Christianam disciplinam instituant.*

*ommonendi sunt etiam parentes, et alii, si opus fuerit,
ne filios Hebraeis, aliisque infidelibus, vel haereticis mulieri-
bus ullo modo lactandos aut nutriendos tradant.*

*antequam Infans ex Ecclesia asportetur, aut Susceptores
discedant, eorum nomina, et alia de administrato Baptismo,
ad praescriptam formam in Baptismali libro Parochus accu-
rate describat.*

**risztusban ájtatos keresztények! mivelhogy a'sz. keresztség-
nek keresztény, és Istenes dolgában össze gyűltünk az Úrban;
emlékezzenek-meg jól a' Hívek, szükség; a' mi Urunknak Jézus
Krisztusnak ama szavairól: Ha ki (úgy mond Sz. János Evang.
könyv. 3. részében) újonnan nem születik vízből, és Sz. Lélekből,
az nem mehet-bé Istennek Országába. Oka, mert Sz. Pál Apostol
bizonyosága-ként, minden unokái Ádámnak, akár melly kide-**

dek, ifiak, és ártatlanoknak látsznak, bűnben fogantatnak, és születtenek; sőt természet szerént is Isten' haragjának fiai; mivel mindnyájan első Attyokban Ádámban vétkeztek, és az eredendő bűntől mocskolódtanak-meg, és így az örök életre alkalmatlanoknak találtnak. De mivel hogy e' gyenge gyermek Istennek illy nagy meg-ígért kegyelmességét, ezen csöcsömő idejében se nem értheti, se nem vallhattya-meg, annak okáért intetnek a' jelen való keresztény Hivek, 's főképen pedig ti Kereszt-Atyák, és Kereszt-Anyák, hogy, szíveiteket, ezen csöcsömő gyermek helyett, a' mindenható Istenhez fordítsátok, és bizonyos hittel emlékezetetekben forgassátok, hogy a' mi szerelmes megváltónk a' Krisztus Jézus maga szerzette a' kereszt-ségnek szükséges Sz. Sacramentomát 's azt maga kegyelmes ígéretével fel-ékesítette, és bé-pecsétlette.

mellett vegyétek észre azt is, ti Kereszt-Atyák, és Kereszt-Anyák, hogy Istennek ezen fellyebb említett kegyelméhez, és malasztyához nem kívántatik egyéb e' kisdéd gyermektől, hanem egyedül csak az, hogy a' mit ti Kereszt-Atyák és Kereszt-Anyák itten helyette valóban meg-ígértetek, és befogadtatok, azt ő hálá-adó-képen végbe vigye: tudni illik, hogy az ördögnek, és az ő minden pompáinak, és cselekedetinek ellene mondgyon, és tusakodgyon, és hogy az igaz, és közönséges Apostoli keresztény hiten meg-maradgyon, és azt kiváltképen imádságban az Mi-Atyánk által és szófogadásban, az Isten tíz Sz. Parancsolatinak bé-telleyesítése által ki-nyilatkoztassa, és gyakorollya.

em különben pedig meg kell fontolnotok, és jól szíveitekben éreznetek azt is, hogy nem csak a' keresztelő a' keresztelkedővel, hanem a' Kereszt-Atyák, és Kereszt-Anyák is, mind a' keresztelkedővel, mind pedig annak igaz szülőivel lelki-képen atyafiak lesznek, úgy hogy büntelenül semmi-képen öszve nem házasodhassanak; sőt öszve házasodván-is viszont el-választassanak, szükség. Kiváltképen azt hozza magával a' ti hívatalotok, és kötelességtek, hogy, ha ezen gyermek, a' Sz. kereszt-ségnek fel-vétele után természet-szerént való szülőitől a'

testi halál által Istennek rendeléséből előbb, vagy utóbb megfosztatnék, ti azt híven fel-fogadgyátok, és Isteni félelemben, jó erkölcsben, és emberségben fel-nevellyétek; hogy e' világon érdemet, a' más-világon pedig jutalmat nyerhessetek.

Andächtige Taufpathen! Da nach dem Zeugniß des heil. Paulus alle Adams-Kinder, so klein, jung, und unschuldig sie scheinen, in Adam, ihrem ersten Vater gesündigt haben, in dieser Erbsünde empfangen und geboren werden, und so von Natur Kinder des göttlichen Zorns, folglich deswegen des ewigen Lebens unfähig sind: so hat Jesus Christus, der Welt-Heiland, die heilige Taufe als das erste und nothwendigste Sakrament eingefetzt, und selbst viele gnadenreiche Verheissungen beygelegt. Wie hoch die Würde dieses heiligen Geheimnisses, und wie unumgänglich nothwendig dieses heil. Sakrament sey, erhellet aus den selbst eigenen Worten unsers lieben Herrn Jesu Christi, da er Johannis am 3. Hauptst. also spricht: „Wofern Jemand aus dem Wasser und dem heil. Geiste nicht wiedergeboren wird, der kann in das Reich Gottes nicht eingehen.“ Andächtige Pathen! Ihr habet bei dieser Handlung der heil. Taufe ein wahrhaft chrisiliches und gottseliges Werk verrichtet, ihr habet dieses Kind zu einem solchen Geheimniß getragen, wovon sein ewiges Heil abhängt. Nun um diese Gnade stets bezubehalten, so wird von diesem Kinde nichts anders erfordert, als; daß es dem Teufel, aller seiner Hossahrt, auch allen seinen Werken widersage, und widerstrebe. Ferner: daß es in dem rechten, wahren, Chrißilich-Katholischen und Apostolischen Glauben immerwährend bleibe, und verharre: welchen Glauben es auch durch das Gebeth mit dem heil. Vater unser, und durch die Haltung der heil. zehn Gebothe Gottes besonders ausüben, und bezeigen soll. Daher erfordert es eure Pflicht und Schuldigkeit als Pathen; daß ihr euch im Falle des Abganges oder Nachlässigkeit der Aeltern dieses Kindes getreulich annehmen, selbes zur Furcht Gottes, Zucht, und Ehrbarkeit anweisen, und anhalten sollet, für welche eure Sorgfalt Ihr euch in dieser Welt einen wesentlichen Verdienst, in jener Welt aber den ewigen Lohn erwerben werdet.

Im noch auf eins muß ich euch erinnern: nämlich, daß nicht nur zwischen dem Taufenden und Getauften, sondern auch zwischen euch Pathen und dem Tauf Kinde, wie auch dessen Aeltern eine geistliche Verwandtschaft durch die

Hebung aus der heil. Taufe entstehe, vermöge welcher ihr weder das Tauf-Kind, noch dessen Aeltern eheligen können, und sollte förmlicher Weise eine solche Ehe ohne Einwilligung der Kirche geschlossen werden, selbe als ungültig wieder geschieden werden müsse.

oboxni n Bogu Kumovi, i ostale Dushe kerstjanske, buducih dasmose pri ovomu kerstjanskomu, i k-spasenju potribnomu poslu svetoga Kerstenja u Isukerstu Gospodinu nashemu pripravili, i skupili, dobrose spomenite riesih nashega poljubljenoga Spasitelja „koji nebude (govori kod S. Ivana na pogl. 3.) priporodjen inz vode, i Duha svetoga, nemoxe unichi u slavu nebesku“ Zbog toga, jer po svidocsanstvu S. Pavla Aposhtola, vas porod Adama premakose mlad, i negrisban vidi, jest u grihu zacset, i rodjen; buduch daje vaskoliki porod u pervom Otcu svomu Adamu sagrishio, postaoje Seresbe Boxje vridan, i nedostojan vikovicsnjeg Xivota. Buduch pak ovo maleno dicesce u slabosti svojoj toliku veliku milost od Boga sebi pripravljenur niti poznati, niti izpoviditi moxe, zato sve, a osobito Kumove opominjam, da vi na misto ovaga ditecsa serca vasha k-svemo-guchemu uzdignete, i s-pravom, i tverdom Virom promislite, daje Isus Isukerst svega svita Spasitelj, ovaj sveti i Svakomu Csoviku potribiti Sacramenat svetog Kerstjenja sam u novom Zakonu naredio, njemuse, za dati nami izgled, podloxio, i njega za nashe spasenje s' svojom prisvetom millostju posvetio.

ored toga spomenitese i vi od ovoga Kerstni Otcu, i kerstne Matere, dase od ovog ditecsa recsenih boxanstvenih millostih nishta drugo nexeli, neggo, da s-vrimenom, kada jurve dojjge k-razumu, zafalno spozna, i sva obderxi i ucsini, kojaste vi kumovi ovdi na njegovo misto obechali, navlastito, daseje Vraga odrekao, i svih njegovih dillah, i sve njegove gizdoche, i oholosti. Tako da u napridak ostane i pribiva u pravoj kerstjans-

koj, katolicsanskoj, i Aposhtolskoj Viri, koju Viru, illi vas-heobečanje on s-dobrima dillih, a osobito s' molitvom u Ocsenashu zaderxanom ima naslidovati, i s' pokornim deset Zapovidih Boxjih obderxavanjem izpuniti.

verhu toga imate znati, i dobro upantiti, da ne samo Kerstitelj s' kerstjenim ditetom, neggo i vi Kumovi s-tim istim ditetom, i s- pravima Roditeljima njegovima rodbinstvo, illiti Kumstvo jeste zadobili; koje vam ukrachiva, i pod velikim grihom zabranjuje zajedno zdruxitise, illi u Xenidbu stupiti, i akobise dogodilo, dase jedan s-drugim vinsa, takva xenidba nishta nebi valjala, i moralabise razlucsiti, illiti rastaviti, i teshko pokarati, i pedepsati. Najposli vasha duxnost ima biti na ovo dite, akobi posli ovog primljenog svetog Kerstjenja ranije illi kasnije svoje Starije po volji Boxjoj s-ovoga Svita izgubilo, imati skerb, i prigu, dase u strahu Boxjemu, u nauku kerstjanskomu izuesi, i odhrani; ova obderxavajuchi, i csinechi, od svake kashtige, illiti pedepse hochetese osloboditi, i na ovom svitu osobito veliki, na drugom pako vikovicsni dar zadobiti.

i quis adultus sit baptizandus, debet prius secundum Apostolicam regulam in Christiana fide ac sanctis moribus diligenter instrui, et per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas et propositum saepius explorari, et nonnisi sciens et volens probeque instructus baptizari. At vero si quis, dum instruitur, in mortis periculum incidat, baptizarique voluerit, habita ratione periculi vel necessitatis baptizetur. Adultorum Baptismus, ubi commode fieri potest, ad Episcopum deferatur, ut, si illi placuerit, ab eo solennius conferatur; alioquin Parochus ipse baptizet, stata caeremonia.

ecet autem hujusmodi Baptismus ex Apostolico instituto, in Sabbato sancto Paschatis, vel Pentecostes, solenniter celebrari.

uare si circa haec tempora Catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies, si nihil impediat, Baptismum differri convenit.

erum si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conversi fuerint, qui aegre ferant suum Baptisma in longum tempus differri, et ad illud festinent, instructique ac rite parati esse noscantur, citius baptizari possunt.

atechumenus instructus baptizetur in Ecclesia, seu in Baptisterio. Patrinus ei assistat, et ipse Catechumenus ad Sacerdotis interrogationes respondeat; nisi mutus fuerit, aut omnino surdus, vel ignotae linguae, quo casu vel per Patrimum, si illum intelligat, aut alium interpretem, vel nutu consensum explicet suum.

ro hujus autem veneratione Sacramenti, tam Sacerdotem, qui adultos baptizabit, quam ipsos adultos, qui sani sunt, convenit esse jejunos.

uare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem (nisi ex rationabili causa aliter faciendum esset) eorum Baptisma celebretur.

dmonendus est Catechumenus, ut peccatorum suorum poeniteat.

mentes, et furiosi non baptizentur, nisi tales a nativitate fuerint; tunc enim de iis idem iudicium faciendum est, quod de infantibus, atque in fide Ecclesiae baptizari possunt.

ed si dilucida habeant intercella, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint. Si vero, antequam insanirent, suscipiendi Baptismi desiderium ostenderint, ac vitae periculum immineat, etiamsi non sint compotes mentis, baptizentur.

demque dicendum est de eo, qui lethargo aut phrenesi laborat: ut tantum vigilans, et intelligens baptizetur, nisi periculum mortis impediat, si in eo prius apparuerit Baptismi desiderium.

acerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu, et conditione eorum, qui baptizari petunt, praesertim exterorum. De

quibus facta diligenti inquisitione, num alias, ac rite sint baptizati, careat, ne quis jam baptizatus, imperitia, vel errore, aut ob quaestum, vel ob aliam causam, fraude dolo iterum baptizari velit.

Omnes autem, de quibus, re diligenter investigata, probabilis dubitatio est, an baptizati fuerint, si nihil aliud impediat, sub conditione baptizentur.

Haeretici vero ad Catholicam Ecclesiam venientes, in quorum Baptismo debita forma aut materia servata non est, rite baptizandi sunt: sed prius errorum suorum gravitatem agnoscant, et detestentur, et in fide Catholica diligenter instruantur; ubi vero debita forma et materia servata est, omnia tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur.

Formulae legantur, et serventur, quae supra de Baptismo in communi praescripta sunt fol. 3. et seq.

Országos Széchényi Könyvtár

Deus in
adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me
festina. Gloria patri etc. sicut erat in principio etc.

Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab
omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

omine Dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

uoniam elevata est magnificentia tua, super caelos.

x ore infantium, et lactentium perfecisti laudem, propter inimicos tuos: ut destruas inimicum, et ultorem.

uoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, et stellas, quae tu fundasti.

uid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

inuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria, et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum.

mnia subjecisti sub pedibus ejus, oves, et boves universas: insuper et pecora campi.

olucres caeli, et pisces maris: qui perambulant semitas maris.

omine Dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

loria atri etc. icut erat etc.

Országos Széchényi Könyvtár

fferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.

fferte Domino gloriam, et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorete Dominum in atrio sancto ejus.

ox Domini super aquas, Deus Majestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

ox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

ox Domini confringentis cedros: et confringet Dominus cedros Libani.

t comminuet eas tanquam vitulum Libani: et dilectus quemadmodum filius unicornium.

ox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis desertum, et commovebit Dominus desertum Cades.

ox Domini praeparantis cervos, et revelabit condensa:
et in templo ejus omnes dicent gloriam.

ominus diluvium inhabitare facit: et sedebit Dominus
Rex in aeternum.

ominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet
populo suo in pace.

loria atri etc. icut erat etc.

nemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita de-
siderat anima mea ad te Deus.

itivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando ve-
niam, et apparebo ante faciem Dei?

uerunt mihi lachrymae meae panes die, ac nocte: dum
dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

aec recordatus sum, et effudi in me animam meam:
quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad
domum Dei.

n voce exultationis, et confessionis: sonus epulantis.

uare tristis es anima mea? et quare conturbas me?

pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare
vultus mei, et Deus meus.

d meipsum anima mea conturbata est: propterea me-
mor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

byssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum.

mnia excelsa tua, et fluctus tui: super me transierunt.

n die mandavit Dominus misericordiam suam: et nocte
canticum ejus.

puđ me oratio Deo vitae meae: dicam Deo, Susce-
ptor meus es.

uare oblitus es mei? et quare contristatus incedo,
dum affligit me inimicus?

um confringuntur ossa mea: exprobraverunt mihi,
qui tribulant me inimici mei.

um dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?

pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.

loria atri etc. icut erat etc.

Effundam super vos aquam mundam etc.

yrrie eleison. Christe eleison. yrrie eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Domine, exaudi

orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

desto supplicationibus nostris omnipotens Deus: et quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio, tuae virtutis impleatur effectum.

a quaesumus Domine ^{Electo nostro} ^{Electae nostrae}, ut sanctis ^{edoctus} ^{edocta} mysteriis, et renovetur fonte Baptismatis, et inter Ecclesiae tuae membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

uo nomine vocaris?

N.

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

Fidem.

Fides quid tibi praestat?

Vitam aeternam. Sacerdos. Si vis habere vitam aeternam, conserva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota Lex pendet, et Prophetae. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneris, neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; sed horum trium una est substantia, et non nisi una Divinitas.

Abrenuncias Satanae?

Abrenuncio.

Et omnibus operibus ejus?

Abrenuncio.

Et omnibus pompis ejus?

Abrenuncio.

credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli, et terrae?

Credo.

Credis in Jesum Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum?

Credo.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem, peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam?

Credo.

xi ab : spiritus immunde, et da locum Spiritui sancto Paraclito.

Accipe Spiritum bonum per istam insufflationem, et Dei benedictionem Pax tibi. Et cum Spiritu tuo.

D

Accipe Signum Crucis, tam in fronte quam in corde
 sume fidem caelestium praeceptorum. Talis esto moribus
 ut templum Dei jam esse possis: ^{Ingressusque} Ecclesiam Dei, evasisse
 te laqueos mortis ^{lactus} agnosce, (horresce idola, respue simula-
^{lacta} cra) cole Deum Patrem omnipotentem, et Jesum Christum Fi-
 lium ejus unicum, Dominum nostrum, qui venturus est judi-
 care vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.
 (horresce idola,
 respue simulacra)

(horresce Judaicam perfidiam, respue Hebraicam supersti-
 tionem)

(horresce Mahumeticam perfidiam, respue
 pravam sectam infidelitatis.)

(horresce haereticam pravitatem, respue nefarias se-
 ctas impiorum.)

e deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus,
 ut huic ^{famulo tuo} ^{qui} in hujus saeculi nocte vagatur ^{incertus} ac
^{famulae tuae} ^{quae} ^{incerta}, ac
^{dubius} ^{dubis} viam veritatis et agnitionis tuae jubeas demonstrari: qua-
 tenus reseratis oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fi-
 lio, et Filium in Patre cum Spiritu sancto recognoscat, atque
 hujus confessionis fructum et hic, et in futuro saeculo perci-
 pere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Signo tibi frontem ut suscipias Crucem Domini.
 Signo tibi aures ut audias divina praecepta.
 Signo tibi oculos ut videas claritatem Dei.
 Signo tibi nares ut odorem suavitatis

Christi sentias.

Signo tibi os ut loquaris verba vitae.
 Signo tibi pectus ut credas in Deum.
 Signo tibi scapulas ut suscipias jugum

servitutis ejus.

Signo te ^{totum} in nomine Patris et Fi-
 lii et Spiritus sancti, ut ^{totam} habeas vitam aeternam, et vi-
 vas in saecula saeculorum. Amen.

reces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et ^{hunc}
 Electum tuum Crucis Dominicae, cujus impressione ^{eum} signamus, ^{hanc}
 Electam tuam virtute custodi: ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans,
 per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam
 pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.
 Amen.

eus, qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam refor-
 mator, propitiare populis adoptivis, et novo testamento sobo-
 lem novae prolis adscribe: ut filii promissionis quod non potu-
 erunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam.
 Per Christum Dominum nostrum. Amen.

omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere digneris super ^{hunc famulum tuum} ^{quem} ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem caecitatem cordis ab eo ^{colligatus} expelle; disrumpe omnes laqueos Satanae, quibus fuerat ^{colligatus} ^{aperi} ei Domine januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae ^{imbutus} ^{imbuta} omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum ^{laetus} ^{laeta} tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem, ut ^{idoneus} ^{idonea} efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcizo te creatura Salis, in nomine Dei Patris omnipotentis et in charitate Domini nostri Jesu Christi, et in virtute Spiritus sancti Exorcizo te per Deum vivum per Deum verum per Deum sanctum per Deum qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam Salis sanctificando sanctifices et benedicens ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Accipe salem sapientiae, propitiatio tibi sit in vitam aeternam. Amen.

Pax tibi.

Et cum Spiritu tuo.

eus Patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut ^{hunc famulum tuum} ^{hanc famulam tuam} respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum Salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur caelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc ^{cum} ^{eam} Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Accipe salem,

Deus Patrum nostrorum,

omine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui es, qui eras, et qui permanes usque in finem, cujus origo nescitur, nec finis comprehendi potest: te supplices invocamus super ^{hunc famulum} ^{hanc famulam} ^{tuum} ^{quam} liberasti de errore gentilium, et conversatione turpissima: dignare exaudire ^{eum, qui} ^{eam, quae} tibi cervices suas humiliat ad lavacri fontem, ut ^{renatus} ^{renata} ex aqua et Spiritu sancto, ^{exspoliatus} ^{exspoliata} veterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est; accipiat vestem incorruptam et immaculatam, tibi que Deo nostro servire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ora Electe, flecte genua, et dic Pater noster.

Pater noster.

Pater noster

Sed libera nos a malo,

Leva, comple orationem tuam, et dic: Amen.

Amen.

Signa

eum.

Accede.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moysi famulo tuo in Monte Sinai apparuisti, et filios Israël de terra Aegypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die ac nocte: te quaesumus, Domine, ut mittere digneris Sanctum Angelum tuum de caelis, qui similiter custodiat et hunc famulum tuum et perducatur eum ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui sancto: et recede ab ^{hoc famulo} ^{hac famula} Dei ^{quia} ^{istum} ^{istam} sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontemque Baptismatis vocare dignatus est: et hoc signum sanctae Crucis quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Orate Electi, flectite genua,

Ergo maledicte diabole.

Ora Electe, flecte genua,

et dic Pater noster.

eus Abraham

eus immortale praesidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum; te invoco super hunc famulum tuum qui Baptismi tui donum petens, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, et quia dignatus es dicere: Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis: petenti praemium porrige, et januam pande pulsanti, ut aeternam caelestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

udi maledicte Satana, adjuratus per nomen aeterni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi Filii ejus, cum tua victus invidia tremens gemensque discede; nihil tibi sit commune cum servo Dei jam caelestia cogitante, renunciaturo tibi, et saeculo tuo, et beatae immortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti Spiritui sancto, qui ex summa caeli arce descendens, proturbatis fraudibus tuis, divino Fonte purgatum petus, sanctificatum Deo templum, et habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxiis praeteritorum criminum liberatus servus Dei, gratias perenni Deo referat semper, et benedicat nomen sanctum ejus in saecula saeculorum. Amen.

Ora Electe, flecte genua, et dic Pater,
eus Abraham,

xorcizo te immunde spiritus, in nomine Patris et Filii
et Spiritus sancti ut exeas, et recedas ab hoc famulo Dei
ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super
mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

rgo maledicte diabole,
39.

Signatio super Feminam prime.

genua, et dic: Pater noster,
eus Abraham,
ra Electa, flecte

eus caeli, Deus terrae, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viventium: Deus, cui omnis lingua confitetur, et omne genu flectitur, caelestium, terrestrium, et infernorum: te invoco Domine, super hanc famulam tuam N. ut eam custodire et perducere digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

cognosce sententiam tuam,
rgo maledicte diabole, re-
39.

rate Electae,
flectite genua, et dicite Pater noster.
eus Abraham,

eus caeli, Deus terrae,
Ergo maledicte diabole, 39.
Super Feminam secundo, et tertio.

Ora

Electa, flecte genua, et dic Pater noster,
38. eus Abraham,

xorcizo te immunde spiritus, per Patrem et Filium
et Spiritum sanctum, ut ex eas, et recedas ab hac famula
Dei ipse enim tibi imperat, maledicte dammate, qui caeco
nato oculos aperuit, et quatruiduanum Lazarum de monumento
suscitavit. Ergo maledicte diabole, 39.

eternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine
sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis et
veritatis, super ^{hunc famulum tuum} ^{hanc famulam tuam} ut digneris ^{eum} ^{eam} illuminare lumine
intelligentiae tuae: munda ^{eum} ^{eam} et sanctifica, da ei scientiam ve-
ram, ut ^{dignus} ^{digna} efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, teneat
firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut ^{ap'as} ^{apta} sit
ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum no-
strum. Amen.

Ingredere in
sanctam Ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem caelestem
a Domino Jesu Christo, et habeas partem cum illo, et Sanctis
ejus. Amen.

Ingredimini
in sanctam Ecclesiam Dei,

redo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus. Descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum. Sanctam Ecclesiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam aeternam. Amen.

ater noster, qui es in caelis! Sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

ec te lafet, Satana, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicii, diem supplicii sempiterni; diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque universis Angelis tuis praeparatus sempiternus erit interitus. Proinde dammate, atque damnande, da honorem Deo vivo, et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, da honorem Spiritui sancto Paraclito, in ejus nomine atque virtute praecipio tibi, quicumque es spiritus immunde: ut ex eas, et recedas ab
 hoc famulo Dei quem hodie idem Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, Fontemque Baptismatis dono vocare dignatus est: ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum.

In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est
judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Ephphetha, quod est Adaperire.

In odorem suavitatis; Tu autem
effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.
Quis vocaris?

Abrenuncias satanae?	Abrenuncio.
Et omnibus operibus ejus?	Abrenuncio.
Et omnibus pompis ejus?	Abrenuncio.

Ego te
linio Oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, in vi-
tam aeternam. Amen.
ax tibi. Et cum Spiritu tuo.

xi immunde spiritus, et da honorem Deo vivo, et vero. Fuge
immunde spiritus, et da locum Jesu Christo Filio ejus. Recede
immunde spiritus, et da locum Spiritui sancto Paraclito.

51. seq.

Quis vocaris?

Credis in Deum Patrem omnipotentem, Crea-
torem caeli et terrae? Credo.

Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum,
Dominum nostrum, natum, et passum? Credo.

„Credis et in Spiritum sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam? Credo.

Quid petis? Baptismum.

Vis baptizari? Volo.

Filii go te baptizo in nomine Patris
et Spiritus sancti:

i non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris
et filii et Spiritus sancti.

eus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat Chrismate salutis in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam.
Amen. Pax tecum. Et cum Spiritu tuo.

accipe vestem candidam, et immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. Amen.

accipe Lampadem ardentem, et irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei in aula caelesti in vitam aeternam. Amen.

Vade in pace, et Dominus sit tecum. Amen.

*um urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, si-
ve parvulus, sive adultus, sacris precibus, ac caeremoniis prae-
termisissis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit pe-
riculum, et ad Ecclesiam delatus fuerit, omnia omnia supple-
antur: idemque ordo ac ritus servetur, qui in Baptismo parvu-
lorum (si fuerit parvulus), seu adultorum (si fuerit adultus)
praescriptus est. Excepto, quod interrogatio: An velit bapti-
zari, formaque Baptismi, et ablutio praetermittuntur, et quae-
dam Orationes, et Exorcismi suo quique loco immutati, uti in-
fra, dicuntur.*

omnipotens sempiternus Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi,
 respicere digneris super ^{hunc famulum tuum} quem ^{ad rudimenta fidei}
 vocare dignatus es; omnem caecitatem cordis ab ^{eo} expelle: dis-
 rumpe omnes laqueos Sathanae, quibus fuerat ^{colligatus} colligatus; aperi ei
 Domine januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae ^{imbutus} imbutus,
 omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem
 praeceptorum tuorum, ^{lactus} lactis tibi in Ecclesia tua deserviat, et
 proficiat de die in diem, ut ^{idoneus} idonea sit frui gratia Baptismi tui,
 quem suscepit, salis percepta medicina. Per eundem Christum
 Dominum nostrum. Amen.

Accipe salem sapientiae, propitiatio sit tibi in
 vitam aeternam. Amen.

Deus Patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis,
 te supplices exoramus, ut ^{hunc famulum tuum} respicere digneris pro-
 pitius, et hoc primum pabulum Salis gustantem, non diutius
 esurire permittas, quo minus cibo expleatur caelesti, quate-
 nus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper no-
 mini serviens; et ^{quem} quem ^{quam} ad novae regenerationis lavacrum perdu-
 xisti, quaesumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum
 tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Do-
 minum nostrum. Amen.

t hoc signum Crucis quod nos fronti ejus damus,
 tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem
 Christum Dominum nostrum. Amen.

eternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis et veritatis, super ^{hunc famulum tuum} ^{hanc famulam tuam} ut digneris ^{eum} ^{eam} illuminare lumine intelligentiae tuae: munda ^{eum} ^{eam}, et sanctifica; da ei scientiam veram, ut ^{dignus} ^{digna} sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut ^{aptus} ^{apta} sit ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Audi maledicte Satana, 40.
(habitaculum perficiat) habitaculum perfecit.
Nec te latet, 43. (ut
fiat) ut fieret.

Quid petis
ab Ecclesia Dei,

Exi ab eo immunde spiritus;

Accipe signum Crucis

Credo in Deum Patrem, Pater noster,
Abrenuncias Satanae,

Credis in Deum Vis baptizari,

nomine vocaris?
Deum Patrem omnipotentem,

Quo
Credis in

Országos Széchényi Könyvtár

Ut nos exaudire digneris,

t Fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem be-
nedicere et consecrare digneris: Te rogamus audi nos.

Kyrie eleison,

noster, Credo in Deum, Pater

Apud te Domine est Fons vitae. Et in lu-

mine tuo videbimus lumen. Domine exaudi orationem

meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vo-

biscum. Et cum Spiritu tuo.

mnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuae mysteriis, adesto Sacramentis; et ad recreandos novos populos, quos tibi Fons Baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: ut quod nostrae humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuae impleatur effectus: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Exorcizo te creatura aquae, per Deum vivum per Deum
verum per Deum Sanctum per Deum, qui te in princi-
pio, verbo separavit ab arida, cujus super te Spiritus fereba-
tur, qui te de paradiso manare jussit.

t in quatuor fluminibus totam terram rigare praecepit: qui te in deserto amaram, per lignum, dulcem fecit, atque potabilem; qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Aegypto liberaverat, siti fatigatum recrearet. Exorcizo te per Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui te in Cana Galilaeae signo admirabili sua potentia convertit in vinum: qui super te pedibus ambulavit, et a Joanne in Jordane in te baptizatus est: qui te una cum sanguine de latere suo produxit, et discipulis suis jussit, ut credentes baptizarent in te,



dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti; ut efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quae lavat sordes, et mundat peccata. Tibi igitur praecipio omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare, et effugare ab hac creatura aquae, ut qui in ipsa baptizandi erunt, fiat eis fons aquae salientis in vitam aeternam, regenerans eos Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto: in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem.
Amen.

omine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, aquarum spiritualium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostrae respicere digneris, et super has aquas, abluendis et purificandis hominibus praeparatas, Angelum sanctitatis emittas, quo peccatis vitae prioris ablutis, reatuque deterso, purum sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Ψ;

anctificetur, et foecundetur fons iste Oleo salutis rescentibus ex eo in vitam aeternam, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Infusio Chrismatis Domini Jesu Christi, et Spiritus sancti Paracliti, fiat in nomine Sanctae Trinitatis. Amen.

ommixtio Crismatis sanctificationis, et Olei unctionis,
 et aquae Baptismatis pariter fiat in nomine Patris et Filii
 et Spiritus sancti. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
 Qui fecit caelum et terram.
 Domine exaudi orationem meam.
 Et clamor meus ad te veniat.
 Dominus vobiscum.
 Et cum Spiritu tuo.

Országos Széchényi Könyvtár

Exaudi nos, quaesumus, omnipotens Deus, et in huius Aquae
 substantiam, tuam immisce virtutem: ut abluendus per eam,
 et sanitatem simul et vitam mereatur accipere aeternam. Per
 Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcizo te creatura Aquae, in nomine Dei Patris omnipotentis, in charitate Domini nostri Jesu Christi Filii ejus, et in virtute Spiritus sancti: Omnis virtus adversarii, omnis incursio Satanae, omnis phantasia daemonum eradicare, et effugare ab hac creatura aquae, ut fiat fons aquae salientis in vitam aeternam: et qui ex ea baptizatus fuerit, fiat templum Dei

vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo, in remissionem omnium peccatorum: Per Christum Dominum nostrum. Amen.

oecundetur, sanctificetur Fons iste renascentibus ex
eo in vitam aeternam. Amen.

Per infusionem Chrismatis in nomine
Patris et Filii et Spiritus sancti, fiat fons aquae
salientis in vitam aeternam. Amen.

ollatio Sacramenti hujus jure Divino ad Archi- et Episcopos spectat, et idcirco ratio illud conferendi peti debet ex Pontificali Romano. Parochi autem loci illius, ubi hoc Sacramentum conferendum erit, officium est eos, quorum curam habet, admonere, ut post Baptismum ad hoc Sacramentum festinent, quo pleni Christiani inveniantur, et corda eorum ad illud robur praeparentur, ac dilatentur. Quod ut fiat, congruum erit, ut coram populo, non solum ad hoc Sacramentum suscipiendum congregato, verum et saepius intra annum, praesertim vero, dum Archi- vel Episcopi hoc fine adventus scitur, exhortationis populum animantis sermonem habeat, quo hujus Sacramenti institutionem, virtutem et gratiam commendet; et caeremonias externas tam ex parte conferentis, quam susipientis juxta formulam in Pontificali Romano, et in Catechismo SS. Concilii Tridentini traditam, a pag. 111 usque 119. quo potest, clario- re, et ad capacitatem juventutis directa methodo explicet.

raeprimis vero populum fidelem occasione Confirmationis administrandae in sequentibus instruat; videlicet, ne iuxta modernum usum Ecclesiae, pueri ante septennium ad confirmationem admittantur.

ullus, qui non est confirmatus, potest esse Patrinus, nec pater, aut maritus, aut uxor.

ullus praesentet ultra duos eadem die, nisi arbitrio Episcopi aliud necessitas exigeret.

atrinus debet esse eiusdem sexus, cuius est confirmandus.

nusquisque confirmandus portet lineam vittam mundam, qua ligetur caput; quoad adultos confessione et Communione praemissis.

anctum Poenitentiae Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos a Christo Domino institutum eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, et quo plura requiruntur ad illud recte, digneque tractandum, ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, et Minister: illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus poenitentis, nempe: contritio, confessio, et satisfactio; Forma autem, illa absolutionis verba: Ego te absolvo, etc. Minister denique est Sacerdos, habens potestatem absolvendi, vel ordinariam vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest a quibuscunque censuris et peccatis absolvere. In ejus Ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secretae confessionis sub exacto perpetuoque silentio. Quibus et aliis, ad id opportunis, ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

mprius meminerit Confessarius, se Judicis pariter et Medici personam sustinere, ac divinae Justitiae simul et misericordiae Ministrum a Deo constitutum esse, ut tanquam arbiter inter Deum, et homines, honori Divino et animarum saluti consulat.

t ergo recte judicare queat, discernens inter lepram et lepram, et tanquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, et apta cuique remedia applicare sciat: quantum potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis auctoribus, praesertim e Catechismo Romano, et prudenti consilio peritorum, studeat sibi comparare.

ciat casus et censuras, Sedi Apostolicae et Ordinario suo reservatas, et suae cujusque Ecclesiae constitutiones, easque diligenter observet.

einde hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria; atque in hoc ministerio ita procedat ut infra praescribitur.

acerdos ad audiendam confessionem vocatus promptum facilemque se praebeat; ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

n Ecclesia, non autem in privatis aedibus, confessiones audiat, nisi ex causa rationabili; quae cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare.

abeat in Ecclesia sedem confessionalem, in qua sacras confessiones excipiat; quae sedes patenti, conspicuo, et apto Ecclesiae loco posita, crate perforata inter poenitentem, et Sacerdotem sit instructa.

uperpelliceo et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.

oenitens, si opus fuerit, admoneatur, ut, qua decet, humilitate mentis et habitus accedat, flexis genibus, signo Crucis se muniat.

ox Confessarius inquirat de illius statu (nisi aliter notus fuerit) et quam pridem sit confessus, et an impositam poenitentiam adimpleverit; num rite atque integre alias confessus fuerit; num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discussisset.

uod si poenitens aliqua censura vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

i vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit poenitentem ignorare Christianae fidei rudimenta, si tempus suppetat, eum breviter instruat de Articulis Fidei, at aliis ad salutem cognitu necessariis, et ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

um poenitens confessionem generalem Latina vel vulgari lingua dicat, scilicet: Confiteor etc. vel saltem utatur his verbis: Confiteor Deo omnipotenti, et tibi Pater. Peccata sua exinde confiteatur, adjurante, quotiescunque opus fuerit, Sacerdote, qui confitentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, confessione; neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius intelligere; proinde fiduciam ei praebeat, et humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota stulta illa quorundam verecundia, qua praepediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent. Si poenitens numerum, et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget. Sed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, praesertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant. Demum audita confessione, perpendens, peccatorum, quae ille admisit, magnitudinem ac multitudinem, pro eorum gra-

ritate ac poenitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam, ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

edves Atyámfia! Tudgyuk azt, bűnösök vagyunk mindnyájan, de hiszem üdvözítőnk' szava, hogy akár mely órában kezd fohászkodni Istenhez a' bűnös, azonnal megbocsáttatnak bűnei, és soha többé emlékezetben nem lesznek: mivel hogy nem kívánnya a' bűnösnek halálát, hanem megtérését az, a' ki saját vallása-ként: nem az igazakat jött híni, hanem a' bűnösöket.

ivel hogy tehát bűnös vagy magadis, vedd észre magadat, térj meg, 's tarts poenitentiát; és ha Isten előtt vétkezni nem szégyenlettél, ne-is szégyenlyed előttem megvallani vétkeidet, tudván, hogy noha bűnös vagyok én-is, mind azonáltal Isten helyett gyóntatlak, 's fel-is oldhatlak bűneidtől, a' Kristustól az Anya-szent-Egyháznak adatott kulcsok erejéből. Bizonyosis légy benne, hogy a' mit most meggyónsz, nem fogsz azért pirulni ítélet napján, hanem azért, a' mit Szentségtöréssel elhallgatandasz.

n itt orvos is vagyok, de csak úgy tudlak orvoslani, ha betegségedet megjelented; Tanító is vagyok, de csak úgy tudlak tanítani, ha értem fogyatozásodat, és szükségidet.

udván azért azonkívül hallgatásra való nagy kötelességemet, láss bizvást dolgozhoz, 's jelentsd-ki vétkeidet töredezmes szívvvel.

teher Freund! ,Es ist ohne Zweifel; daß wir alle Sünder sind, aber die Worte unsers Seligmachers selbst sind es, die uns trösten, und Erbarmung bey Gott hoffen lassen: da er sagt „in welcher Stunde der Sünder zu Gott schreuen wird, so werden ihm seine Sünden vergeben, und nie mehr im An-

Denken bei Gott seyn.“ Auch will Gott nicht den Tod des Sünders, sondern seine Bekehrung. Und selbst Jesus unser Erlöser versichert uns; daß er nicht gekommen sey die Gerechten zu rufen, sondern die Sünder.

un Freund! da auch du ein Sünder bist, da du dich entschlossen hast, hier in dem heil. Beichtstuhle dich von deinen Sünden zu entledigen, so gehe ernstlich in dich, befehle dich, und thue wahre Buße. Denke; daß, weil du dich nicht geschämt hast vor dem allessehenden Gott zu sündigen, du auch nicht Ursache habest, dich vor meiner zu schämen, in der Bekenntung deiner Sünden, gegen meiner unaufrichtig zu seyn, und so etwa eine Sünde vor meiner zu verheimlichen. Wisse; daß ich auch ein Sünder bin, folglich vermöge meiner selbst-eigenen Schwachheiten, mit jedwedem Sünder Mitleid zu tragen Ursache habe. Aber betrachte nichts destoweniger; daß, indem ich dich Beicht höre, ich allhier die Stelle Gottes vertrete, und von Christo dem Herrn die Gewalt erhalten habe, dich von deinen Sünden loszusprechen. Verschweige daher nichts von allem dem, was sündhaftes dir auf deinem Gewissen haftet, und denke; daß eben jenes, was du in dem heil. Beichtstuhle verheimlichst und verschweigst, einstens an dem Gerichts-Tage zu deiner öffentlichen Beschämung offenbar werden wird.

rwäge auch jenes; daß ich hier das Amt eines Seelen-Arztes verwalte: folglich kann ich dich nur dann heilen, und vor Rückfällen bewahrende Mittel dir nur dann an die Hand geben; wenn du deine ganze Seelen-Krankheit mir getreulich offenbarest. Auch ein Lehrer bin ich hier in diesem heiligen Orte: soll ich dich daher gehörig belehren, so mußt du auch alle deine Mängel, Anliegenheiten, und Bedürfnisse aufrichtig mir zu erkennen geben.

un, da dir die große Pflicht der strengsten Verschwiegenheit des Beichtvaters wohl bewußt ist; so gehe vertraut zur Sache, und zeige mit zerknirschtem Herzen alle deine Sünden an!

inko dragi! Znamo to, dasmo svi grishnici, alli sa svim tim rics-je Spasitelja, da u kojigoder sât uzdahne grishnik k-Bogu, odmamuse grissi oprashtaju, i nigda vishe nechese njih spomenuti millostiv Bog, jerboje rekao: nechu smert grishnika, neggo obratjenje, i xivot njegov, on, koji s-ricsjom svojom nije do-shao zvati pravedne, neggo grishnike. Buduch dakle dasi i ti grishnik, spomenise, terse obrati, i pokoru ucsini; jer akote nije bilo srâm prid Bogom grishiti, nekate nebude ni pridamnôm grihe tvoje izpoviditi, buduch da znash, da i jasam grishnik;

nishtarnemanje i to znaj, da misto Boga moram te poslushati, i moxemte odrishiti, i odvezati od grihah tvojih s-jakostjom, i kripostjom Khjucsevah od Isukersta Cerkvi danih. I to stanovito znaj, i viruj, da rad ovih grihah, kojese sada izpovidio, nechete srám biti na sudu Boxjemu; neggo od onih, koje znajuchi, i hotech i zatajesh, hochesh dati od njih teshki razlog. Jasam ovdi Likar, i Naucsitelj tvoj, i izlicsiti te znam, i moxem, ako bolest tvoju duhovnu meni ocsitnu ucsinish; Naucsiteljsam takodjer, i hochute naucsiti, kada budem razumiti grihe tvoje. Znash to, daje velika duxnost moja grihe poslushane vazda u skrovnosti uzderxati; ucsini dakle duxnost tvoju, pravednose i csisto izpovidi, ocsitujuchi prigrishenja tvoja iz poniznoga serca tvoga.

z igaz, kedves Atyámfia, hogy igen megbántottad ad Istent ezekkel, a' miket meggyóntál; 's annak - okáért méltán - is kesergesz és félsz: mindazonáltal! ne essél azért kétségbe, mint Kain, vagy Judás; hanem inkább, tudván, hogy kegyes, és irgalmas az Isten, és kész tenéked mind ezeket megbocsátani, hogy ha igazán megakarod magad' jobbítani; tekéntsð Dávidot, Magdolnát, és Pétert, a' kik mindnyájan nagy bűnösök valának, de Istenhez térvén, megbocsáttattanak vétkeik, 's nagy Szentekké váltak.

éked is úgy lésszen dolgod, csak térj-meg valóban, 's esedezzel Istennek buzgó bizodalommal, hogy vegye-fel éretted a' Kristus vérének érdemét, 's tisztítson-meg azzal bűneidből: és megbocsáttatnak a' te vétkeid is kétség kívül.

ewig ist es Lieber Freund! daß deine Sünden, die du da gebeichtet hast, schwer sind, und du deinen Gott mit selben sehr beleidiget hast. Deine Trauer daher und Furcht ob derselben ist wohl billig. Allein dessen ungeachtet hast du

keine Ursache dich darüber weder abzugrämien, vielweniger in die Verzweiflung, wie einstens Kain, und Judas, zu stürzen: sondern blicke vielmehr vertrauensvoll hin zu deinem Gott, auf seine unendliche Gnade, und unermessliche Barmherzigkeit: sieh! Er ist bereit, der Gütige, dir alles zu verzeihen, wenn du dich wahrhaftig bekehrst, und einen ernstlichen Willen hast, dich zu bessern. Nehme dir hierüber ein Beispiel von David, Magdalena, und dem Petrus: welche große Sünder waren diese, und dennoch, als sie sich zu Gott bekehrten, ihre Sünden reumüthig beweinten, von ihren Irrwegen abstanden, wurden Ihnen alle ihre Sünden verziehen, und sie sind große Heilige geworden.

ben dieses hast auch du mein Christ von Gott sicher zu hoffen, wenn du eben so handelst, wie diese Büßer gehandelt haben; bekehre dich nur aufrichtig zu Gott und bitte Ihn mit inbrünstigem Vertrauen, Er wolle die unendlichen Verdienste des kostbaren Blutes Jesu Christi für dich erbarmungsvoll aufnehmen, und mit selben dich von allen deinen Sünden reinigen, und dann sey getröst, vertraue auf Gott, deine Sünden werden ohne Zweifel auch dir vergeben werden.

stina jest, sinko dragi! da s-ovima grissima, kojese izpovidio, Gospodina Boga verlosi i ruxno uvridio, zato dostojno jest, dase za grihe pokajesh, i one izpokorish, tojest, da za nje zadosta ucsinish Bogu; nishtanemanje zato nije od potribe, da izgubish uffanje, kakosu na shtetu svoju i kvár uffanje izgubili Kain, Juda, i mlogi ostali, da pacse znavshi, daje Gospodin Bog dobar, i millostiv, uffajse tverdo u njega, i hocheti sve grihe oprostiti, akose samo ti u napridak hochesh istinito, i pravo poboljšati. Promisli Davida, Petra, i Magdalenu, kojisu svi veliki grishnici bili, alli kadasu pripoznali grihe svoje, i k-Bogu suse obratili, nisu samo grihah svojih odpushtenje zadobili, neggo i veliki Svetci, i nashi kod Boga zagovoritelji, i odvitnici postali. Takvi i ti postati moxesh; okrenise indi s-poniznim sercem, s-goruchom, i istinitom ljubljavjom k- Gospodinu Bogu, prosechi, date po vridnosti kervi Isukerstove ocsisti, i brez dvojenja hochu biti tebbi odpushteni grissi tvoji.

item Atyámfia, hogy bűnös vagy, de szintén azt nem találom benned, a' mi nélkül a' bűnös ember bűneinek bocsánattyát nem nyerheti, tudni illik: a' töredelmességet, és bűneiden-való bánatot. Annakokáért nem elég azt mondani, hogy vétkeztél, hanem a' mint a' Próféta elődbe adgya, tellyes szivedből, böjtölésben, sírásban, és melyjednek iverésében kell megtérned Istenedhez.

sak elhiszem, hogy az irgalmas Isten' könyörületessége forog elmédben; azonban azt vedd eszedbe, hogy az Isten nem csak irgalmas, hanem igaz-is. Irgalmas az igazán megtérőkhöz, mint volt Dávidhoz, Magdolnához, és Péterhez; de bezzeg sok könnyhullatásokkal öntözték mind ezek orcájokat. Ellenben pedig az özön-víz, 's a' Sodomának veszedelme, példái lehetnek az Isten igazságának azok ellen, a' kik elbázzák magokat irgalmasságában.

azon Isten lévén pedig most-is, a' ki akkor volt, hidd el, hogy most-is úgy útállya a' bűnt, mint akkor: azért lássad, melly nagy veszedelemben légy, 's térj-meg gonosz útaidról; mert a' töredelmes, és alázatos szívet az Isten meg-nem útállya, de a' kemény szívnek gonoszúl leszen dolga: magad azért büntesd-meg magadat töredelmességgel, hogy az Isten' haragjától, büntetésétől, és bűneiddel érdemlett örök kárhozattól megmenekedhessél.

dy bemerke mein Freund, daß es dir, ob schon du ein Sünder bist, gerade an dem mangle, ohne welches der sündige Mensch die Vergebung seiner Sünden von Gott nicht erlangen kann, nämlich: daß es dir bei deiner Buße, an der Zerknirschung des Herzens, und an einer wahren Reue über deine Sünden fehle, welches dennoch Gott von dem Sünder bey der Buß ausdrücklich verlangt, da er bey dem Propheten Joel. 2. 12. also spricht: „Befehret euch zu mir aus ganzem euren Herzen im Fasten, Weinen, und in der Zerspaltung und Wehklagung eures Herzens.

ielleicht Christlicher Freund! bauest du zu viel auf die Barmherzigkeit Gottes? denke aber, daß Gott nicht allein barmherzig, sondern auch höchst gerecht sey! Barmherzig ist er gegen jene, welche sich wahrhaft bekehren, mit

reumüthigen Herzen ihre Sünden beweinen, und ernstlich entschlossen sind, in Zukunft ein besseres, tugendsames Leben zu führen; so war Gott barmherzig gegen Dawid, Magdalena, und Petrus; weil sie mit vielen Thränen ihre Sünden bereuet hatten. Aber ganz anders bezeiget sich Gott gegen jene, welche seine Gerechtigkeit außer Achtung setzen, und vermessenlich auf Gottes Barmherzigkeit vertrauen: folglich ohne wahre schmerzliche Bereuung ihrer Sünden, ihre Beicht und Buße verrichten. Einen Beweis hierüber giebt uns die allgemeine Sünd=Fluth, und der Untergang der Städte Sodoma und Gomorrha, welche ebenfalls nur auf die Barmherzigkeit Gottes sich gestiebt, seine Gerechtigkeit aber gar nicht geachtet hatten.

un mein Christlicher Freund! Gott der dazumal war, ist annoch auch jezt der nämliche: so wie er in selben Zeiten die Sünde gehaßt hatte, haßet er selbe auch noch heut zu Tage: sehe daher in welcher Gefahr du dich befindest, da du ohne alle Reumüthigkeit deine Buße verrichtest. Breche daher dein hartes reuloses Herz, lasse es wegen deinem beleidigten gütigen Gott in reuvolle Thränen zerfließen; denn Gott haßet ein zerknirsches demüthiges Herz nicht, aber dem harten, verstockten Herzen wird es übel ergehen, denn der Zorn Gottes, Bestrafung, und die der Sünden wegen verdiente ewige Verdammniß folget demselben.

z izpovidanja grihah tvojih Sinko dragi, jurve dobro poznajem. dasi grishnik veliki, alli to u tebbi nenahodim, brez csega ni jedan grishnik grihah svojih odpushtenje nemoxe zadobiti, na priliku: skrusheno serca pokajanje, i xalost za grihe, i zato nije dosta rechi, sagrishiosam, neggo po nauku svetoga Proroka jest potribito, dase sa svim sercem u postu, illi xivota tvoga umer-tvenju, u suzami, u xalosti k-Bogu tvomu obratish: vidimise, datije milloserdje Boxje na pameti, alli to nije dosta, neggo valja, da i to u pamet uzmesh, daje Gospodin Bog nesamo mil-loserdan, neggo takodjer i pravedan; milloserdan prama pra-vednima, i pravu pokoru csinechima, kakosu s-prolivanjem mno-gih Suzah csinili David, Petar, Magdalena, i mlogi ostali. Pra-vicu strahote, i ostroche, ukazuje suprot onima, kojise k-mil-losti boxanstvenoj alli povratiti nektiu, alli prama njoj nikakvo-uffanje nejmaju. Za izglednam moxe biti opehinski Potop, po-gor Sodome i Gomore. Buduch pako, daje onaj Bog i sada, ko-ji je bio od od vika, znaj, i viruj, da i sada tako kara grihote,

kako je karao u ono vrime. Odkud promisli, u kakvojse pogibelju nahodish, i povratise od zlih putovah tvojih, jer Bog ponizno, i skrusheno, serce poslusha, holo pako, i tverdo, daleko od sebbe odbaca. Samse indi sada sa skrushenim sercem, i pravim oxalostjenjem pedepsaj, da sercsbu Boxju, pedepsu vikovicnju, i zasluxeno za grihe tvoje proklestvo, illi izgubljenje od tebbe odvernesh.

ostremo salutarem et convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, et aetatis, ac dispositionis poenitentium. Videatque, ne si forte peccatis conniteat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novae vitae remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum castigationem.

uare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis poenitencias injungat; veluti araris eleemosynas, libidinis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosus devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus utilissimum fuerit consulere, ut saepe, puta semel in mense, vel certis diebus selenibus confiteantur, et, si expediat, communicent.

poenitencias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicant, neque a poenitentibus quidquam tanquam ministerii sui praemium petant, vel accipiant.

ro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam poenitentiam non imponat.

ideat autem diligenter Sacerdos, quando, et quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio, ne absolut eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia et inimicitias deponere, aut

aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

¶ vero quis consteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis et censuris, quantumvis reservatis: (cessat enim tunc omnis reservatio) sed prius, si potest, cui debet, satisfaciat: ac si periculum evaserit, et aliqua ratione Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit coram eo se sistat, quidquid debet, praestiturus.

quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela aegrum deficiat, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam, si confitendi desiderium, sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

eminerit porro Sacerdos, aegris non esse injungendam gravem aut laboriosam poenitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convalescerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua ratione, aut levi satisfactione imposita et acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.

isereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam aeternam, Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus, Amen.

ominus noster Jesus Christus te absolvat: et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, et interdicti, in quantum possum, et tu indiges. Deinde ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, Amen.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatæ Mariæ Virginis, et omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, et præmium vitæ æternæ. Amen.

Misereatur,
sus Christus,

Dominus noster Je-
Passio Domini,

go te absolvo ab omnibus censuris, et peccatis in nomine Patris,

i potestas absolvendi ab Excommunicationis sententiâ Sacerdoti commissa fuerit a Superiore, et in mandato certa forma sit præscripta, illa omnino servanda est: si vero in mandato, seu commissione dicitur: In forma Ecclesiæ consueta absolvat; hæc servanda sunt:

rimo: ut excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit, prius, si potest, satisfaciat. Quod si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat; aut saltem, si eam præstare non potest, juret se, cum primum poterit, satisfacturum.

ecundo: si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit græve, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient pro tali causa; ac præcipue,

ne deinceps delinquat contra illum Canonem vel Decretum, contra quod faciendo, censuram incurrit.

Isten tégedet úgy segéllyen, Boldog Aszszony, és mind a' több Szentek, hogy ennek-utánna a' te Egyházi Bírád előtt törvényhez állasz; az Anya-szent-Egyháznak engedelmes léssz; és a' mit törvény szerént tenéked a' Bíró parancsol, azt beteljesítéd: Isten tégedet úgy segéllyen.

Isten tégedet úgy segéllyen, Boldog Aszszony, és mind a' több Szentek, hogy ennek-utánna engedelmes léssz az Anya-Szent-Egyháznak, és a' te Lelki-pásztorodnak, és Istennek segítségével, mególtalmazod magadat efféle vétéktől, mellyért ezúttal átokba estél volt: Isten tégedet úgy segéllyen.

Mise-

rere mei, Deus,	Gloria Patri,
ryrie eleison.	hriste eleison. ryrie elei-
son. ater noster.	Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo.	<small>Salvum</small> fac <small>servum tuum,</small> Domine.
Deus meus sperantem in te.	Nihil proficiat inimicus in ..
Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.	Esto
ei Domine turris fortitudinis.	A facie inimici.
Domine exaudi orationem meam.	Et clamor meus ad te ve-
niat.	Dominus vobiscum.
	Et cum Spiritu tuo.

Isten, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum, quem excommunicationis sen-

tentia constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ominus noster Jesus Christus te absolvat: et ego aucto-
ritate ipsius, et sanctissimi Domini nostri Papae Reveren-
dissimi Episcopi Superioris mihi commissa, absol-
vo te a vinculo Excommunicationis, in quam incurristi, in-
currisse declaratus es propter tale factum, causam,
et restituo te communioni et unitati fidelium, et sanctis Sacra-
mentis Ecclesiae, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti.

ominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego aucto-
ritate ipsius, et sanctissimi Domini nostri Papae
Reverendissimi Episcopi Superioris mihi concessa, absolvo te,

Országos Széchényi Könyvtár

miliata. **xultabunt Domino ossa humiliata.**
iserere mei Deus,

Auctoritate mihi concessa ego te absolvo a vinculo Excommunicationis, quam incurristi, incurrisse declaratus es propter tale factum, et restituo te communioni fidelium, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

e profundis, Requiem aeternam dona ei Domine. Et lux perpetua luceat ei. yrie eleison.

hriste eleison. yrie eleison. ater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. A

porta inferi. Erue Domine animam ejus. Requiescat in pace. Amen. Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

a quaesumus Domine animae famuli tui quem excommunicationis sententia constrinxerat, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et superni luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Confiteor Deo, Misereatur, Indulgentiam,

uctoritate mihi ab tradita, ego absolvo te a vinculo
suspensionis, interdicti, quam quod propter tale fa-
ctum causam incurristi, incurrisse declaratus es,
in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, Amen.

t eadem auctoritate dispenso tecum super Irregularita-
te, irregularitatibus, in quam, in quas
ob talem, tales causas, incurristi, et ha-
bilem reddo, et restituo te executioni Ordinum, et officiorum
tuorum, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, Amen.
Habilem reddo te ad
omnes Ordines suscipiendos,

t restituo tibi titulum titulos Beneficii, Be-
neficiorum et condono tibi fructus male perceptos: In nomine
Patris et Filii, et Spiritus sancti, Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

t de Sigillo Confessionis hic pauca subjungantur, sciat Sacerdos, se ad illud servandum ita esse obligatum, ut teneatur peccata sibi in confessione revelata perpetuo celare, neque debeat quocumque respectu, aut praecepto humano interveniente ea revelare. Nam audit aliorum peccata in confessione, non ut homo privatus, sed ut minister Ecclesiae, et Christi hac in parte vices gerens. Peccator quoque Sacerdoti, non ut homini se ipsum, cum tanta humilitate et dejectione

in confessione subjiçit, ut omnia cordis arcana ei patefaciat, sed ut ipsimet Deo, in Sacerdote eum audienti. Dicat ergo cum Esaia Sacerdos, Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

uia si Cham displicuit Patri suo Noë, quod reverenda ipsius non absconderit, sed aliis spectanda monstraverit, quanto magis divinam indignationem incurret, qui animorum dedecora sub velo confessionis audita divulgaverit? Sacramentum Regis, ut inquit Tobias, abscondi debet: Confessio autem est Sacramentum Regis aeterni.

portet itaque Sacerdotem in celandis peccatis, quae in confessione audit, ita esse fidelem, ut etiam in testem productus, et a Iudice suo jurejurando adstrictus, ut veritatem respondeat ad ea, super quibus fuerit interrogatus: si forte interrogetur de aliquo casu, quem per solam confessionem scit, dicere debeat, se nihil de eo scire. Neque ob id mendax, aut perjurus erit. Vere enim affirmat se nescire, id quod non ut homo, sed ut Deus scit. Nam in audiendo confessiones vices Dei gerit. Potest itaque sine mendacio jurare in foro hominum, quod nesciat id, quod alioquin in foro et persona Dei scit. Neque Iudex intendit, cum Sacerdoti juramentum defert, illum cogere, ut ea referat, quae a confitente ei sunt revelata. Et etiamsi intenderet, non obligaret ejus intentio Sacerdotem. Quia ea solum potest humanus Magistratus praecipere, quae in foro humano tractantur, in sola autem confessione scita non pertinent ad hominem, sed ad solius Dei forum atque tribunal. Et ideo si mens Judicis sit, interrogare Sacerdotem de his, quae in confessione audit, cum hoc excedat ejus potestatem, necesse est non ad illius mentem respondere, sed ad mentem, quam jure deberet habere.

non tenetur Sacerdos mortem potius subire, quam ut confessionem revelet. Ex. gr. si Tyrannus aliquis gladio ad jugulum apposito secretum confessionis a Sacerdote extorquere conaretur, ne ad servandam quidem vitam propriam dete-

gere ei liceret: cum pro servando Sacramento in Ecclesia sacerdotale officium obliget Sacerdotem vel millies mortem oppetere.

oena autem revelantis confessionem, secundum antiqua jura, ut habetur in capite, si Sacerdos, de poenitentia, distinctione sexta, est depositio, et per totam vitam ignominiosa peregrinatio. Sed secundum Decretalem Omnis utriusque sexus, paragrapho, Caveat: Est depositio et detrusio in Monasterium, ad agendam perpetuam poenitentiam, in officiis servilibus Monasterii, in habitu Laico.

aec breviter pro institutione minus exercitatorum Confessariorum hic adnotanda esse videbantur. Cum autem multo plura sint ad hanc rem pertinentia, quae Sacerdotes confessionem poenitentium audire solitos, scire et observare necessarium est, petant ea ex opusculis, quae Catholici scriptores de casibus conscientiae, et de modo confitendi, et confitentes audiendi, plurima ediderunt.

mnibus quidem Ecclesiae Catholicae Sacramentis religiose, sancteque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda est; sed praecipue in administrando ac suscipiendo Sanctissimae Eucharistiae Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei; cum in eo contineatur praecipuum et maximum Dei donum, et ipsemet omnis gratiae sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus.

arochus igitur summum studium in eo ponat, ut tum ipse Venerabile hoc Sacramentum, qua decet reverentia, debitoque cultu tractet, custodiat, et administret; tum etiam populus sibi commissus religiose colat, sancte, frequenterque suscipiat, praesertim in majoribus anni solennitatibus.

deo populum saepius admonebit, qua praeparatione, et quanta animi religione ac pietate, et humili etiam corporis

habitu ad tam divinum Sacramentum debeat accedere, ut praemissa Sacramentali confessione, omnes, saltem a media nocte jejuni, et utroque genu flexo Sacramentum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri, quantum fieri potest, a mulieribus separati.

oneantur praeterea communicantes, ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquantur, ne statim vagis oculis circumspiciant, aut exspuant, neque de libro statim Orationes recitent, ne Sacramenti species de ore decendant: sed qua par est devotione, aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima Passione Dominica, in cujus memoriam hoc mysterium celebratur, et sumitur.

Curare porro debet, ut perpetuo aliquot particulae consecratae eo numero, qui usui infirmorum, et aliorum fidelium communioni satis esse possit, conserventur in pixide ex solida decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, albo velo cooperta, et quantum res feret, ornata, in tabernaculo clave obserato. Hoc autem tabernaculum conopaeo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari majori, vel in alio, quod venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum: ita, ut nullum aliis sacris functionibus, ac Ecclesiasticis Officiis impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem una, die noctuque perpetuo colluceat; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint et conserventur.

antissimae Eucharistiae particulas frequentur renovabit. Hostiae vero, seu particulae conservandae sint recentes, et, ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat, velumat.

enotatio SS. Sacramenti debet fieri qualibet Dominica, non autem differri ad quindecim dies, S. Rit. Congr. — Hoc loco Curatores animarum reflectere juvat ad ea, quae Benedictus XIV. P. circa applicationem Missarum diebus Domini-

cis, ac Festis pro fidei suo populo faciendam constituit, nempe: „Parochi, Vicarii, alique omnes, quicunque sint, sive seculares, vel Regulares, etiam Speciali, et individuali mentione digni, congruos habeant redditus, aut non, et non obstante quacunque consuetudine in contrarium, licet immemorabili, pro tempore, quo curam animarum exercent, tenentur applicare Missam pro populo ipsorum curae commisso, omnibus diebus Festivis, licet solum de praecepto quoad onus audiendi Sacrum.“ *Benedict. P. XIV. Constit. Cum semper 19. August. 1744.* — *Idem habetur apud eundem L. 13. de Syn. Dioeces. C. 25. N. 4. et 5.* — *In Institutione X. §. 4. ubi clare exprimit: „Missae sacrificium (a Parochis) Dominicis, ac Festis diebus, pro populo offerendum“.* Superaddens in casu alicujus impedimenti „ut alio hebdomadae die pro populo illud offerentes, suo muneri satisfaciant“, *ibidem N. 5.*

ideles omnes ad sacram Communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt, publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifesteque infames, ut meretrices, concubinarij, foeneratores, magi, sortilegi, blasphemi, et alii ejus generis publici peccatores: nisi de eorum poenitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint.

occultos vero peccatores, si occulte petant, et non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem, si publice petant, et sine scandalo ipsas praeterire nequeat.

mentibus praeterea, seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

fficio peracto rediens domum, vestes suas ad ignem cum fumo sulphuris etc. etc. exsiccet; strophium, vel linteam oris impositum, in aquam frigidam projiciat. Fugiat semper famem, sitim, omnesque etiam excessus; sumat frequenter cibos acidos, abstineat autem a calefacientibus, ut pipere, et aliis, vino adusto, sudore, defatigatione violenta, balneis, nimio sole, poros aperiente, somno diurno, et consortio hominum; clausas habeat fenestras, et saepius ignem aut fumum aceto, Junipero, Angelica, pimpinella, rosmarino, absynthio, ruta, salvia aut rosis etc. etc. fieri curet. Ultimo, dum exeundum est, semper aliquid Theriacae sumat, et de dictis remediis ad os, et aures, ne corpus venenum per poros attrahere possit, praesertim rutam manibus terendo, frequenter ponat, et genus aromatis in ore semper teneat; Deficientibus autem, vel non sufficientibus viribus, Religiosos, ut ex alia navi veniant, adjuvent, et Gregi Dominico ministrent, in adjutorium suum adsciscat.

ir male sentiens sine mora aliquid Theriacae venetae, ad instar fabae, vel ponderis scuti aurei: Femina ponderis aurei

florentini: Praegnans, aut puer decem annorum, mediis scuti aurei cum haustu vini, vel cerevisiae sumat, et desuper optime sub calido lecto sudet, fugiatque somnum, et deficiente effectu, iterum iterumque sumat.

oc hominum genus prae caeteris non solum ex communi causa charitatis Christianae, ac misericordiae, sed etiam ex Pastoralis officio ad cujusvis loci Pastorem, eiusque curam pertinet. Curet igitur, dum longum aeternitatis iter, truculentissimis hostibus obsessum, adeundum est, lata ad ultimum supplicium sententia, reum invisere, captare ejus benevolentiam, et mortem imminentem cum tanta prudentia suggerere, ut ad aequitatem, et necessitatem subeundam dirigatur.

roponat gravitatem scelerum, reatum, et poenam promeritam, diem, salutis, ac tempus mortis, quo conscientiam suam praevia peccatorum suorum Confessione expiare, et in filium aeternae salutis adoptari potest.

ommendet hoc genus mortis, quia mors in lecto plena est dolorum, et cruciatuum, in quo multi spe obtinendae salutis decepti absque Confessione moriuntur, et damnantur; vel ita tempore, aut debilitate praepediti, ut immemores salutis animae viam aeternitatis infeliciter subeant. Non minus in memoriam revocet Divinum Decretum: omnibus hominibus semel mori statutum esse; recenseat Gloriam caelestem, Passionem Domini, Judicium, Infernum, Sanctorum Martyria, innocenti, alacri animo, proprioque sanguine purpurata: Persuadeat etiam generalem Confessionem omnium peccatorum, qua peracta reum ad seriam, et repetitam Contritionem, inculcando actus Fidei, Spei, et Charitatis, commoveat, pro salutari poenitentia omnes dolores, et cruciatus, infamiam, et mortem injungat, et demum ab omnibus censuris, et peccatis absolvat. Obstinato autem, et ad poenitentiam difficulter flectendo, adhibeat remedia, quaecunque expedire videntur; proponat ae-

ternum, quod cruciat, sive poenas infernales, misericordiam Dei infinitam, qua per mortem Filii sui unigeniti nos a faucibus Diaboli liberare voluit, ac pertinaciam Deo Orationibus et Missis commendet. Multum juverit, inter ducendum ad locum supplicii, Passionem Christi per partes menti objicere. Quae in horto, tum quae apud Annam, tum quae in domo Caiphae, quid in praetorio Pilati, quid apud Herodem, quid ad crudelem columnam, denique: quid post iter cruentum cum Cruce in Calvaria actum sit, quid vero a Christo pro nobis toleratum, et quanta humilitate, patientia, quid postremo ipse inter irrisiones, probra, moriens dixerit:

etc. etc. Dum executio imminet, moneat adhuc reum, si conscientia cruciatur scrupulosa, vel dubia, etc. de repetenda Confessione, elicienda contritione, etc. His peractis poenitenti ultimam absolutionem impertiatur, Crucifixum saepe osculandum praebeat, et usque ad extremum spiritum semper aliquid pie, scilicet verba Christi in Cruce prolata, inclamet, postremo animam defuncti precibus, et sacrificiis commendet. Plus negotii et molestiae est, si ii, qui morte plectuntur, necdum Christiani, vel Haeretici, Judaei, aut gentiles sint, cum quibus Parochus, obtenta a Judice venia, tempestive, et serio agat, et, ne Deus gregem suum de manibus Pastoris requirat, procurandae animarum saluti universim attendat.

t firmiter credat omnes articulos Fidei, et quidquid sancta Romana Ecclesia Catholica, et Apostolica credit, et docet.

t speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium, et merito ejus sanctissimae Passionis, et per intercessionem Beatae Mariae, et omnium Sanctorum, se vitam aeternam consecuturum.

t toto corde diligit, et maxime diligere cupiat Dominum Deum, ea dilectione, qua illum diligunt Beati, Sanctique omnes.

t ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa, qualitercunque contra Dominum Deum, et proximum commissa.

t ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerunt molesti, aut inimici.

t ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis, aut factis offendit.

t quem patitur dolorem, et morbi molestiam, propter Deum in poenitentiam peccatorum suorum patienter toleret.

t, si Dominus sibi salutem corporis praestare dignabitur, proponat de caetero pro viribus suis a peccatis carere, et ejus mandata servare.

iserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

n te Domine speravi: non confundar in aeternum.

n manus tuas Domine commendo spiritum meum: Redemisti me Domine Deus veritatis.

eus in adiutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina.

sto mihi Domine in Deum protectorem.

eus propitius esto mihi peccatori.

ulcissime Domine Jesu Christe, per virtutem sanctissimae Passionis tuae, recipe me in numerum electorum tuorum.

omine Jesu Christe, suscipe spiritum meum.

aria Mater gratiae, Mater misericordiae, Tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

ante Angele Dei, mihi custos assiste.

mnes sancti Angeli Dei, et omnes Sancti intercedite pro me, et mihi succurrite.

Országos Széchényi Könyvtár

Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Asperges me hyssopo, et mundabor,

yrise eleison.

hriste eleison.

yrise eleison.

ancta Maria,

mnes Sancti Angeli et Archangeli,

ante Abel,

mnes Chorus Justorum,

ante Abraham,

ante Joannes Baptista,

mnes Sancti Patriarchae, et Prophetae,

ante Petre,

ante Paule,

ante Andrea,

ante Joannes,

mnes sancti Apostoli, et Evangelistae,

mnes sancti Discipuli Domini,

mnes sancti innocentes,

ante Stephane,

ante Laurenti,

mnes sancti Martyres,

ante Sylvester,

ante Gregori,

ante Augustine,

mnes sancti Pontifices, et Confessores,

ante Benedicte,

ante Francisce,

mnes sancti Monachi, et Eremitae,

ancta Maria Magdalena,

ancta Lucia,

mnes sanctae Virgines, et Viduae,

mnes Sancti, et Sanctae Dei,

ropitius esto,

ropitius esto,

b ira tua,

Ora pro eo. (ea.)

Orate pro eo. (ea.)

ora.

orate.

ora.

ora.

orate.

ora.

ora.

ora.

ora.

orate.

orate.

orate.

ora.

ora.

orate.

ora.

ora.

ora.

orate.

ora.

ora.

orate.

ora.

ora.

orate.

intercedite pro eo. (ea.)

Parce ei Domine.

Exaudi nos Domine.

Libera eum (eam) Domine.

periculo mortis,
 mala morte,
 poenis inferni,
 b omni malo,
 potestate Diaboli,
 er Nativitatem tuam,
 er Crucem, et Passionem tuam,
 er Mortem, et sepulturam tuam,
 er gloriosam Resurrectionem tuam,
 er admirabilem Ascensionem tuam,
 er gratiam Spiritus Sancti Paraclyti,
 n die Judicii,
 eccatores,
 t ei parcas,
 yrie eleison.
 yrie eleison.

hriste eleison.

Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.
 Libera.

Te rogamus audi nos.
 Te rogamus.

Országos Széchényi Könyvtár

roficiscere anima Christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nomine Spiritus sancti, qui in te effusus est: in nomine Angelorum, et Archangelorum: in nomine Thronorum, et Dominationum: in nomine Principatum, et Potestatum: in nomine Cherubim, et Seraphim: in nomine Patriarcharum, et Prophetarum: in nomine sanctorum Apostolorum, et Evangelistarum: in nomine sanctorum Martyrum, et Confessorum: in nomine sanctorum Monachorum, et Eremitarum: in nomine Sanctarum Virginum, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

eus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, et praeteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas; respice propitius super ^{hunc famulum tuum} ^{hanc famulam tuam} et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem, deprecatus exaudi. Renova in ^{eo} ^{ea} piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est: et unitati corporis Ecclesiae membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemitum, miserere lachrymarum ejus: et non habentem fiduciam, nisi in misericordia, ad tuae Sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo, ^{charissime frater} ^{charissima soror,} et ei, cujus es creatura, committo: ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terrae formaverat, revertaris. Egredienti itaque animae tuae de corpore, splendidus Angelorum coetus occurrat: Judex Apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi Martyrum Triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat, et beatae quietis in sinu Patriarcharum te complexus adstringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignoret omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas cum satellitibus suis, in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in aeternae noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei: et justii epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, et erubescant omnes tartareae

legiones, et ministri satanae iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab aeterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amoena virentia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat: atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas; et praesens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina Beatorum, contemplationis divinae dulcedine potiari in saecula saeculorum. Amen.

uscipe Domine servum tuum
ancillam tuam in locum sperandae sibi salvationis a misericordia tua. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, ex omnibus periculis inferni, et de laqueis poenarum, et ex omnibus tribulationibus. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Enoch et Eliam de communi morte mundi. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Noë de diluvio. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Abraham de Ur Chaldaeorum. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Job de passionibus suis. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Isaac de hostia, et de manu patris sui Abrahae. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis Regis Aegyptiorum. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti Daniele de laeu leonum. Amen.

ibera Domine animam servi tui,
ancillae tuae, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et de manu regis iniqui Amen.

libera Domine animam ^{servi tui,} ^{ancillae tuae,} sicut liberasti Susannam
de falso crimine. Amen.

libera Domine animam ^{servi tui,} ^{ancillae tuae,} sicut liberasti David de
manu Regis Saul, et de manu Goliae. Amen.

libera Domine animam ^{servi tui,} ^{ancillae tuae,} sicut liberasti Petrum
et Paulum de carceribus. Amen.

t sicut beatissimam Theclam Virginem, et Martyrem
tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare di-
gneris animam hujus ^{servi tui,} ^{ancillae tuae,} et tecum facias in bonis congau-
dere caelestibus. Amen.

commendamus tibi Domine animam ^{famuli tui,} ^{famulae tuae,} precamurque
te Domine Jesu Christe Salvator mundi, ut propter quam ad
terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus
insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non a
diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo, et vero: quia
non est alius Deus praeter te, et non est secundum opera tua.
Laetifica Domine animam ejus in conspectu tuo, et ne memine-
ris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscita-
vit furor, sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit,
tamen Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum non negavit,
sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit
omnia, fideliter adoravit.

elicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memi-
neris Domine, sed secundum magnam misericordiam tuam me-
mor esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiantur ei caeli,
collaetentur illi Angeli. In regnum tuum Domine ^{servum tuum,} ^{ancillam tuam,} sus-
cipe. Suscipiat ^{eum} ^{eam} sanctus Michaël Archangelus Dei, qui mi-
littiae caelestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti
Angeli Dei, et perducant ^{eum} ^{eam} in civitatem caelestem Jerusalem.

Suscipiat ^{oim}_{oam} beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni caelestis traditae sunt. Adjuvet ^{oim}_{oam} sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro ^{eo}_{ea} sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta caelestia. Orent pro ^{eo}_{ea} omnes sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi, atque solvendi. Intercedant pro ^{eo}_{ea} omnes Sancti, et Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt: ut vinculis carnis ^{exutus}_{exuta}, pervenire mereatur ad gloriam regni caelestis, praestante Domino nostro Jesu Christo: qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Ublevatis oculis in caelum Jesus, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti: et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia, quae dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quae dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere, quia a te exivi: et crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: Et mea omnia, tua sunt; et tua, mea sunt; et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo: et hi in mundo sunt: et ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut et nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi: et nemo ex iis periit, nisi

filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, et haec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum: ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus, quia tu me misisti et dilexisti eos, sicut et me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut, ubi sum ego, et illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, mundus te non cognovit. Ego autem te cognovi: et hi cognoverunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam: ut dilectio, quam dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

n illo tempore: Egressus est J e s u cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et Discipuli ejus. Sciebat autem et Judas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter J e s u s convenerat illuc cum Discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, et a Pontificibus et Pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, et facibus, et armis.

Jes us itaque sciens omnia, quae ventura erant super eum, processit, et dixit eis: Quem quaeritis? Responderunt ei: **Jesum Nazarenum**. Dicit eis **Jes us**: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum; abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quaeritis? Illi autem dixerunt: **Jesum Nazarenum**. Respondit **Jes us**: Dixi vobis, quia ego sum: si me quaeritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo, quem dixit. Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: et percussit Pontificis servum: et abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo **Jes us** Petro: Mitte gladium tuum in vaginam; Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Cohors ergo, et tribunus, et ministri Judaeorum comprehenderunt **Jes um**, et ligaverunt eum: et adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphae, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judaeis: Quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem **Jesum** Simon Petrus, et alius Discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, et introivit cum **Jesu** in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus ille, qui erat notus Pontifici, et dixit ostiariae: et introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria. Numquid et tu ex Discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem servi, et ministri ad prunas: quia frigus erat, et calefaciebant se. Erat autem cum eis et Petrus stans, et calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit **Jesum** de Discipulis suis, et de doctrina ejus. Respondit ei **Jes us**: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, et in templo, quo omnes Judaei conveniunt: et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt, quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset, unus assitens ministrorum dedit alapam **Jesu**: dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei **Jes us**: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me

caedis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Numquid et tu ex Discipulis ejus es? Negavit ille, et dixit: Non sum. Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus: et statim gallus cantavit. Adducunt ergo Jesum a Caipha in praetorium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt in praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? Responderunt, et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judaei: Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Jesu impleretur: quem dixit significans qua morte esset moriturus. Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Jesum, et dixit ei: Tu es Rex Judaeorum? Respondit Jesus. A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Numquid ego Judaeus sum? Gens tua, et Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judaeos, et dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis, in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Judaeorum? Clamaverunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum,

et dicebant: Ave Rex Judaeorum: et dabant ei alapas. Exivit ergo iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam. Exivit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpureum vestimentum: et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifices, et ministri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, et crucifigite: ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei Judaei: Nos legem habemus, et secundum legem debet mori: quia Filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est praetorium iterum: et dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. Et exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Judaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim, qui se Regem facit, contradicit Caesari. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum, et sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceve Paschae, hora quasi sexta: et dicit Judaeis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum, et eduxerunt. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariae, locum, Hebraice autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos hinc, et hinc, medium autem Jesum. Scripsit autem et titulum Pilatus: et posuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarenus, Rex Judaeorum. Hunc ergo titulum multi Judaeorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus: et erat scriptum Hebraice, Graece, et Latine. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judaeorum: Noli scribe-

re, Rex Judaeorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judaeorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, (et fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit. Ut Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem haec fecerunt. Stabant autem juxta crucem Jesu Mater ejus, et Soror Matris ejus Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus Matrem, et discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suae: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judaei ergo, (quoniam Perasceve erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura: sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credatis. Facta sunt enim haec, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt. Post haec autem rogavit Pilatum Joseph ad Arimathaea, (eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judaeorum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtu-

ram myrrhae, et aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus **Jesu**, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judaeis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceven Judaeorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt **Jesum**.

Adoramus te Christe, et benedicimus tibi.

Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

eus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari; sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri; a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, et vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari. Tu Domine per has sanctissimas poenas tuas, quas ego ^{indignus} reco-
lo, et per sanctam crucem, et mortem tuam, libera me
libera ^{Sanctum tuum} a poenis inferni, et
perducere digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum:
Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis, et regnas in saecula
saeculorum. Amen.

onfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum
misericordia ejus.

icat nunc Israël, quoniam bonus: quoniam in saeculum
misericordia ejus.

icat nunc domus Aaron: quoniam in saeculum misericor-
dia ejus.

icant nunc, qui timent Dominum: quoniam in saeculum misericordia ejus.

e tribulatione invocavi Dominum: et exaudivit me in latitudine Dominus.

ominus mihi adjutor: non timebo, quid faciat mihi homo.

ominus mihi adjutor: et ego despiciam inimicos meos.

onum est confidere in Domino: quam confidere in homine.

onum est sperare in Domino: quam sperare in principibus

mnes gentes circuierunt me: et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

ircumdantes circumdederunt me: et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

ircumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis, et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

impulsus eversus sum, ut caderem: et Dominus suscepit me.

ortitudo mea, et laus mea Dominus: et factus est mihi in salutem.

ox exultationis et salutis: in tabernaculis justorum.

extera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: dextera Domini fecit virtutem.

on moriar, sed vivam: et narrabo opera Domini.

astigans castigavit me Dominus: et morti non tradidit me.

perite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino: haec porta Domini, justi intrabunt in eam.

onfitebor tibi, quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.

apidem, quem reprobaverunt aedificantes: hic factus est caput anguli.

Domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.

aec est dies, quam fecit Dominus exultemus, et laetemur in ea.

Domine! salvum me fac, o Domine! bene prosperare: benedictus, qui venit in nomine Domini.

enediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, et illuxit nobis.

onstituite diem solennem in condensis: usque ad cornu altaris.

eus meus es tu, et confitebor tibi: Deus meus es tu, et exaltabo te.

onfitebor tibi, quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.

onfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus.

loria Patri, icut erat,

eati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

eati, qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

on enim, qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt.

u mandasti: mandata tua custodiri nimis.

tinam dirigantur viae meae: ad custodiendas justificationes tuas.

unc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

onfitebor tibi in directione cordis: in eo, quod didici judicia justitiae tuae.

ustificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

n quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

n toto corde meo exquisivi te: ne repellas me a mandatis tuis.

n corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.
enedictus es Domine: doce me justificationes tuas.

n labiis meis: pronunciaui omnia iudicia oris tui.

n via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus divitiis.

n mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.

n justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

loria Patri, icut erat,

etribue servo tuo, vivifica me: et custodiam sermones tuos.

evela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.
ncola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.

oncupivit anima mea desiderare justificationes tuas: in omni tempore.

ncrepasti superbos: maledicti, qui declinant a mandatis tuis.

ufer a me opprobrium, et contemptum: quia testimonia tua exquisivi.

tenim sederunt principes et adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

am et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum justificationes tuae.

dhaesit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum.

ias meas enunciaui, et exaudisti me: doce me justificationes tuas.

iam justificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.

ormitavit anima mea prae taedio: confirma me in verbis tuis.

iam iniquitatis amove a me: et de lege tua miserere
mei.

iam veritatis elegi: judicia tua non sum oblitus.

dhaesi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.

iam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor
meum.

loria atri, icut erat,

ater noster, ve Maria,

yrie eleison. hriste eleison. yrie eleison.

ater noster. ve Maria.

omine Jesu Christe, per tuam sanctissimam agoniam, et ora-
tionem, qua orasti pro nobis in monte Oliveti, quando factus
est sudor tuus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram, ob-
secro te: ut multitudinem sudoris tui sanguinei, quem prae ti-
moris angustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre, et osten-
dere digneris Deo Patri omnipotenti, contra multitudinem omni-
um peccatorum hujus ^{famuli tui} et libera ^{meum} in hac hora mor-
tis suae ab omnibus poenis, et angustiis, quas pro peccatis
suis se timet meruisse: Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis,
et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

yrie eleison. hriste eleison. yrie
eleison. ater noster. ve Maria.

omine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce,
obsecro te, ut omnes amaritudines passionum, et poenarum tua-
rum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce,
maxime in illa hora, quando sanctissima anima tua egressa est
de sanctissimo corpore tuo, offerre, et ostendere digneris Deo

Patri omnipotenti pro anima hujus ^{famuli tui}
^{famulae tuae} et libera ^{eam} in
 hac hora mortis ab omnibus poenis, et passionibus, quas pro
 peccatis suis se timet meruisse: Qui cum Patre, et Spiritu san-
 cto vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison.
 Ater noster. Ave Maria.

Domine Jesu Christe, qui per os Prophetarum dixisti. In chari-
 tate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: obsecro te,
 ut eandem charitatem tuam, quae te de caelis in terram ad
 tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, of-
 ferre, et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima
 hujus ^{famuli tui}
^{famulae tuae} et libera ^{eam} ab omnibus passionibus, et poe-
 nis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Et salva ani-
 mam ejus in hac hora exitus sui. Aperi ei januam vitae, et
 fac ^{eum}
^{eam} gaudere cum Sanctis tuis in gloria aeterna. Et tu piis-
 sime Domine Jesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo
 sanguine tuo, miserere animae hujus ^{famuli tui}
^{famulae tuae} et eam introdu-
 cere digneris ad semper virentia, et amoena loca Paradisi, ut
 vivat tibi amore indivisibili, qui a te, et ab electis tuis nun-
 quam separari potest: Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis,
 et regnas Deus in saecula saeculorum Amen.

Jesu,

Jesu, Jesu.

In manus tuas Domine com-
 mendo spiritum meum. Domine Jesu Christe, suscipe spiritum

meum. sancta Maria ora pro me. Maria Mater gratiae, Mater misericordiae, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te.

Suscipientes animam ejus: offerentes eam in conspectu Altissimi.

Requiem aeternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei.

Offerentes eam in conspectu Altissimi. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Ater noster. Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo.

Requiem aeternam dona ei Domine.

Et lux perpetua luceat ei.

A porta inferi.

Erue Domine animam ejus.

Requiescat in pace.

Amen:

Domine exaudi orationem meam.

Et

clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et

cum Spiritu tuo.

Országos Széchényi Könyvtár

ibi Domine commendamus animam ^{fameli tu} ^{domine tu} ut ^{defunctus} ^{defuncta} saeculo tibi vivat, et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

omine Jesu Christe, per agoniam tuam, atque devotissimam illam Orationem, quam in monte Oliveti orasti, quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram: deprecor te, ut eundem sudorem sanguineum, quem prae timore mortis tam copiose fudisti, caelesti Patri tuo offerre, et ostendere digneris contra multitudinem peccatorum hujus infirmi: et velis eum in hora obitus sui liberare ab omnibus angustiis, et poenis, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Amen.

yrrie eleison. hriste eleison. yrrie eleison. ater noster,
ve Maria,

omine Jesu Christe, qui pro salute mundi in dura cruce mori dignatus es: deprecor te, ut amaritudinem illam, quam in eadem sustinuisti: praesertim quando sacratissima anima tua egressa est de benedicto corpore tuo, caelesti Patri tuo offerre, et ostendere digneris pro peccatrice anima hujus infirmi, eamque in hora mortis suae liberare velis ab omnibus poenis et cruciatibus, quos pro peccatis suis se timet meruisse. Amen.

yrrie eleison. hriste eleison. yrrie eleison. ater noster,
ve Maria,

omine Jesu Christe, qui per Prophetam tuum dixisti: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui, rogo

te per amorem illum, qui te de caelis ad terram ad patientiam omnem miseriam detraxit, ut eundem caelesti Patri tuo offerre, et ostendere digneris pro anima hujus infirmi: eamque liberare ab omnibus poenis et cruciatibus, quos pro peccatis suis se timet meruisse. Adsis ei pie Jesu in hac hora mortis suae, aperi ei januam vitae, et perduc animam ejus in Paradisum exultationis; ubi te laudet per infinita saecula. Amen.

yrie eleison. hriste eleison. yrie eleison. ater noster,
ve Maria,

um quidam Papa moriturus rogaret suum Sacellanium, ut has tres Orationes in agone suo pro se legeret, illeque fecisset, post obitum apparuit ille defunctus, dicens: virtute illarum peccata sua a Christo deleta esse. Barthol. de Angelis, Ord. Praed. lib. de felici praep. ad mort.

acras Caerimonias, ac ritus, quibus ex antiquissima traditione, et Summorum Pontificum institutis sancta Mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum Exequiis uti solet, tanquam cerae Religionis mysteria, Christianaeque pietatis signa, et fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio serrare debent, atque usu retinere.

n his itaque praestandis, qua par est modestia, ac decoratione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque, ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quaestum, ejusmodi ritus sancte instituti esse videantur.

ullum corpus sepeliatur, praesertim si mors repentina fuerit, nisi post debitum temporis intervallum, ut nullus omnino de morte relinquatur dubitandi locus.

uod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa praesente corpore defuncti pro eo celebretur, antequam sepulturae tradatur.

*i quis die festo sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis praesente corpore celebrari poterit; dum tamen Concen-
tualis Missa, et Officia Divina non impediuntur, magnaque diei
celebritas non obstet: prout id decrevit S. Rituum Congrega-
tio, „In Dominicis, et Festis, non tamen primae Classis, po-
test una Missa solennis cantari de Requiem praesente corpore“
S. Rit. Congr. 23. Maji 1603.*

*aveant omnino Parochi, alique Sacerdotes, ne sepul-
turae vel exequiarum seu anniversarii mortuorum officii causa
quidquam paciscantur, aut tanquam pretium exigant: sed iis
elemosynis contenti sint, quae aut probata consuetudine dari
solent, aut Ordinarius constituerit. Neque permittant, ut pal-
lia, aut alia Altaris ornamenta ad ornatum feretri, vel tum-
bae adhibeantur.*

*um autem antiquissimi ritus Ecclesiastici sit, Cereos
accensos in exequiis et funeribus deferre; caveant item, ne
ejusmodi ritus omittantur, ac ne quid atare aut indigne in eo
committatur.*

*auperes vero, quibus mortuis nihil, aut ita parum su-
perest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omni-
no sepeliantur; ac debita lumina suis impensis, si opus fue-
rit, adhibeant Sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel
aliqua pia Confraternitas, si fuerit, juxta loci consuetu-
dinem.*

*bi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in Coe-
meteriis, haec retineatur, et ubi fieri potest, restituatur: at
vero cui locus sepulturae dabitur in Ecclesia, humi tantum de-
tur. Cadavera autem prope Altaria non sepeliantur.*

*epulcra Sacerdotum, et Clericorum cujuscunque Ordini-
is, ubi fieri potest, a sepulcris Laicorum separata sint, ac
decentiori loco sita: atque ita, ubi commodum fuerit, ut alia
pro Sacerdotibus, alia pro inferioris Ordinis Ecclesiae mini-
stris parata sint.*

acerdos, aut cujusvis Ordinis Clericus defunctus, vestibus suis quotidianis communibus, usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper sacro vestitu Sacerdotali vel Clericali, quem Ordinis sui ratio deposcit, indui debet. Sacerdos quidem super talarem vestem amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, et casula seu planeta nigra, seu violacea sit indutus.

iaconus vero induatur: amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quae sub axilla dextra annectatur, et Dalmatica nigra seu violacea.

ubdiaconus autem: amictu, alba, cingulo, manipulo, et tunicella.

lii praeterea inferiorum Ordinum Clerici: superpelliceo supra vestem talarem ornari debent; singuli praedicti cum tonsura, ac birretis suis.

ullum porro cadaver, perpetuae sepulturae traditum, ex ulla cujusvis Ordinis Ecclesia asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii.

aici cadaver, quocunque generis, aut dignitatis titulo praeditus ille fuerit, Clerici ne deferant sed Laici.

orpora defunctorum in Ecclesia ponenda sunt pedibus versus Altare majus; vel si conduntur in Oratoriis aut Capellis, ponentur cum pedibus versis ad aliarum Altaria: quod etiam pro situ, et loco fiat in sepulcro. Presbyteri vero habeant caput versus Altare.

aeterum nemo Christianus in communione fidelium defunctus, extra Ecclesiam, aut Coemeterium rite benedictum sepeliri debet: sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut, quatenus fieri poterit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur; et interim semper Cruz capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quiescere.

gnorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiastica sepultura ipso jure sint excludendi; ne quemquam ad illam contra sacrorum Canonum decreta unquam admittat.

egatur igitur Ecclesiastica sepultura: Paganis, Judaeis, et omnibus Infidelibus, Haereticis, et eorum fautoribus, Apostatis a Christiana fide; Schismaticis, et publicis Excommunicatis majori excommunicatione; Interdictis nominatim, et iis, qui sunt in loco interdicto, eo durante.

e ipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam, (non tamen si ex insania id accadat) nisi ante mortem dederint signa poenitentiae.

orientibus in Duello, etiamsi ante obitum dederint poenitentiae signa.

anifestis, et publicis peccatoribus, qui sine poenitentia perierunt.

is, de quibus publice constat, quod semel in anno non susceperint Sacramenta Confessionis, et Communionis in Paschate, et absque ullo signo contritionis obierunt.

nfantibus mortuis absque Baptismo.

bi vero in praedictis casibus dubium occurrerit, Ordinarius consulatur.

uod autem nimis remota loca ab accessu Ordinarii attinet, conformiter Decisioni Cong. Rom. 28. Junii 1603. cadaver eiusmodi, privilegio sepulturae Ecclesiasticae carens, interea instar depositi inhumetur in loco communi, et profano, et accepta dein Resolutione Ordinarii pro ratione circumstantiarum, vel permittatur, ubi positum est, vel transferatur ad Coemeterium.

onstituto tempore, quo corpus ad Coemeterium vel Ecclesiam deferendum est, ex Ecclesia Parochiali, vel alia, juxta

loci consuetudinem, Parochus, vel alius Sacerdos, indutus superpelliceo, et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, Clerico, vel alio aliquo, praeferente Crucem, et alio Aquam benedictam cum aspersorio portante, ad domum defuncti una cum aliis procedit. Postquam illuc pervenerit, intortitia vel cerei distribuuntur, et accenduntur.

remus pro fidelibus defunctis. equiem
aeternam dona eis Domine; et lux perpetua luceat eis.

Circumdederunt me gemitus mortis: Dolores inferni circumdederunt me.

enite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: praeoccupemus faciem ejus in confessione, et in Psalmis jubilemus ei.

Circumdederunt me gemitus mortis: Dolores inferni circumdederunt me.

uoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Dolores inferni circumdederunt me.

uoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus: venite, adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, et oves pascuae ejus.

Circumdederunt me gemitus mortis: Dolores inferni circumdederunt me.

odie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Dolores inferni circumderunt me.

quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi, semper hi erant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Circumdederunt me gemitus mortis: Dolores inferni circumdederunt me.

equiem aeternam dona eis Domine; et lux perpetua luceat eis.

Dolores inferni circumdederunt me.

Circumdederunt me gemitus mortis: Dolores inferni circumdederunt me.

bsolve Domine.

enedictus Dominus Deus Israël: quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

t erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

icut locutus est per os Sanctorum: qui a saeculo sunt, Prophetarum ejus.

alutem ex inimicis nostris: et de manu omnium, qui oderunt nos.

d faciendam misericordiam cum Patribus nostris, et memorari testamenti sui sancti.

usjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

t sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

n sanctitate, et justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

t tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

d dandam scientiam salutis plebi ejus: in remissionem peccatorum eorum.

er viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

lluminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

equiem aeternam

bsolve Domine animam ^{famuli tui} ^{famulae tuae} ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria, inter Sanctos tuos respiret.

rie eleison. ater noster,
tentationem:

yrie eleison. hriste eleison. y-
Et ne nos inducas in
Sed libera nos a malo.

A porta inferi.
Credo videre bona Domini.

Erue Domine animam ejus.

In terra viventium. Ne

tradas bestiis animas confitentes tibi.

Et animas pauperum

tuorum ne obliviscaris in finem.

Domine Jesu Christe

miserere ei.

Christe parce ei.

Domine exaudi orationem meam.

et clamor meus ad te veniat.

Domine

minus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

eus qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum Archi-Episcopum, Pontificali fecisti dignitate vigere: praesta, quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

eus qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum Pontificali fecisti dignitate vigere: praesta, quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

famulum tuum

Episcopum Cardinalem, Pontificali fecisti dignitate
Famulum tuum
 Presbyterum Cardinalem, Sacerdotali fecisti,
Inclina Do-
 mine, Ut anima fa-
 muli tui Diaconi Cardinalis, quam de hoc saeculo,

eus tuorum gloria Sacerdotum, praesta, quaesumus, ut anima famuli tui Sacerdotis, in tuorum fulgeat luce Sanctorum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui, quam de hoc saeculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

quaesumus Domine, pro tua pietate miserere animae famulae tuae, et a contagiis mortalitatis exutam, in aeternae salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ichaël Praepositus Paradisi, quem honorificant Angelorum cives.

Stetit Angelus Domini juxta aram templi
Habens thuribulum aureum in manu sua,

ens, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ox ordinatur Processio: et pueris, a scholaribus praecedentibus, sequuntur Tribus, deinde Confraternitates, tandem Regulares, si adsunt; quos sequitur postea Clerus saecularis per ordinem: binique procedunt praelata Cruce, Parocho praecedente feretrum cum luminibus. Parochus vero, vel Sacerdos, priusquam efferatur cadaver, aspergit illud Aqua benedicta; et si aderit Thuribulum, thurificat.

Libera me

Domine;

Miserere :

ibera me Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda: Quando caeli movendi sunt, et terra: Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira: Quando caeli movendi sunt, et terra.

Dies illa, dies irae: calamitatis et miseriae, dies magna, et amara valde. Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Requiem aeternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei. Libera me Domine,

iserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.
t secundum multitudinem miserationum tuarum: dele
iniquitatem meam.

mplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo
munda me.

uoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum
meum contra me est semper.

ibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justifice-
ris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris.

cce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis
concepit me mater mea.

cce enim veritatem dilexisti: incerta, et occulta sapien-
tiae tuae manifestasti mihi.

sperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et su-
per nivem dealabor.

uditui meo dabis gaudium, et laetitiam: et exultabunt
ossa humiliata.

verte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquita-
tes meas dele.

or mundum crea in me Deus: et spiritum rectum inno-
va in visceribus meis.

e projicias me a facie tua: et Spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.

edde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali
confirma me.

ocebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

ibera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et
exultabit lingua mea justitiam tuam.

omine labia mea aperies: et os meum annuntiabit lau-
dem tuam.

uoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique: ho-
locaustis non delectaberis.

acrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, et humiliatum Deus non despiciet.

enigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut aedificentur muri Jerusalem.

Pater noster, Et ne nos inducas
in tentationem. Sed libera,

Deus noster, refugium et virtus: adjutor in tribulationibus,
quae invenerunt nos nimis.

propterea non timebimus, dum turbabitur terra: et trans-
ferentur montes in cor maris.

onuerunt, turbatae sunt aquae eorum: conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

luminis impetus laetificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

eus, in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mane diluculo.

onturbatae sunt gentes, et inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

ominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob. enite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terrae.

rcum conteret, et confringet arma: et scuta comburet igni.

acate, et videte, quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

ominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.

loria Patri, sicut erat,

Exsurge Domine, adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum. Salvum fac populum tuum Domine.

Deus meus sperantem in te. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Esto nobis Do-

mine turris fortitudinis. A facie inimici. Arcum contere, et confringe arma. Et scuta combure igni.

Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. Et de Sion tuere nos. Domine exaudi orationem meam. Et clamor

meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

eus, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuae defensionis expungas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam: ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

eus a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

ostium nostrorum, quaesumus Domine, elide superbiam, et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum nostrum Jesum Christum

Ut inimicos

sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus,
 Ut Turcarum (Haereticorum) conatus reprimere, et
 ad nihilum redigere digneris, Te rogamus, Pater
 noster,

eus, venerunt gentes in haereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. osuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus caeli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

ffuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem: et non erat, qui sepeliret.

acti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio, et illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

squequo Domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

ffunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt: et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

nia comederunt Jacob: et locum ejus desolaverunt.

e memineris iniquitatumstrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

djuva nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui Domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

e forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Itio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est: introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

ecundum magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum.

t redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improprium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

os autem populus tuus, et oves pascuae tuae: confitebimur tibi in saeculum.

n generationem, et generationem: annuntiabimus laudem tuam.

	loria Patri,	icut erat,	
	Salvos fac servos tuos.	Deus meus sperantes	
in te.	Esto nobis Domine turris fortitudinis.	A facie	
cie[inimici.	Nihil proficiat inimicus in nobis.	Et filius	
iniquitatis non apponat nocere nobis.	Hostium nominis tui Domine elide superbiam.	Et eorum contumaciam	
dexteræ tuæ virtute prosterne.	Fiant tanquam pulvis ante faciem venti.	Et Angelus Domini persequatur eos.	

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt. Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. Et de Sion tuere nos.

Domine exaudi orationem meam.	Et clamor meus ad te veniat.	Dominus vobiscum.	Et cum Spiritu tuo.
-------------------------------	------------------------------	-------------------	---------------------

a, quaesumus, Ecclesiae tuae misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

eus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

mnipotens sempiternae Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, et omnium jura regnorum: respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum Haereticorum, quae in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ Potentia conterantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Exaudiat nos Dominus. Amen.

Pater noster, Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis,	126.
90. Qui habitat in adjutorio,	129.
Deus refugium nostrum, et	
virtus. Adjutor in tribulationibus.	Salvos fac ser-
vos tuos Domine. Deus meus sperantes in te.	San-
ctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.	Miserere
nobis. Adjuva nos Deus salutaris noster.	Et propter
gloriam nominis tui Domine, libera nos.	Domine exaudi
orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.	Do-
minus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.	

e despicias, Omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

neffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende: ut simul nos, et a peccatis omnibus exuas; et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

tribulationem nostram, quaesumus Domine, propitius respice; et iram tuae indignationis, quam juste meremur, averte.

Deus refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus auctor ipse pietatis, et praesta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum,

e Deum laudamus: te Dominum confitemur.
e aeternum Patrem: omnis terra veneratur.
ibi omnes Angeli: tibi caeli, et universae potestates.
ibi Cherubim, et Seraphim: incessabili voce proclamant.
anctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
leni sunt caeli, et terra: Majestatis gloriae tuae.
e gloriosus Apostolorum Chorus.
e prophetarum laudabilis numerus.
e Martyrum candidatus laudat exercitus.
e per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia.
atrem immensae Majestatis.
enerandum tuum verum, et unicum Filium.
anctum quoque Paraclytum Spiritum.
u Rex gloriae Christe.
u Patris sempiternus es Filius.
u ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virgini-
 nis uterum.
u devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna caelorum.
u ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.
u dux crederis esse venturus.
e ergo quaesumus tuis famulis subveni: quos pretioso sangui-
 ne redemisti.
eterna fac cum Sanctis tuis: in gloria numerari.
alvum fac populum tuum Domine: et benedic haereditati tuae.
t rege eos: et extolle illos usque in aeternum.
er singulos dies benedicimus te.
t laudamus nomen tuum in saeculum: et in saeculum saeculi.
ignare Domine die isto, sine peccato nos custodire.
iserere nostri, Domine: miserere nostri.

iat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum speravimus in te.

n te Domine speravi: non confundar in aeternum.

ubilate Deo omnis terra, Psalmum dicite nomini ejus: date gloriam laudi ejus.

icite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimici tui.

mnis terra adoret te, et psallat tibi: Psalmum dicat nomini tuo.

enite, et videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

ui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi laetabimur in ipso.

ui dominatur in virtute sua in aeternum, oculi ejus super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semet ipsis.

enedicite gentes Deum nostrum: et auditam facite vocem laudis ejus.

ui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.

uoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

nduxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

ransivimus per ignem, et aquam: et eduxisti nos in refrigerium.

ntroibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.

t locutum est os meum: in tribulatione mea.

olocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boves cum hircis.

enite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum:
quanta fecit animae meae.

d ipsum ore meo clamavi: et exaltavi sub lingua mea.
niquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet Dominus.

ropterea exaudivit Deus: et attendit voci deprecationis
meae.

enedictus Deus: qui non amovit orationem meam, et
misericordiam suam a me.

loria Patri, icut erat,

xultate Deo adiutori nostro: jubilate Deo Jacob.

umite psalmum, et date tympanum: psalterium jucun-
dum cum cithara.

uccinate in Neomenia tuba: in insigni die solennitatis
vestrae.

uia praeceptum in Israël est: et iudicium Deo Jacob.

estimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra
Aegypti: linguam, quam non noverat, audivit.

ivertit ab oneribus dorsum ejus: manus ejus in cophino
servierunt.

n tribulatione invocasti me, et liberavi te: exaudivi te
in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis.

udi populus meus, et contestabor te: Israël si audieris
me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

go enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra
Aegypti: dilata os tuum, et implebo illud.

t non audivit populus meus vocem meam: et Israël non
intendit mihi.

t dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in
adinventionibus suis.

i populus meus audisset me: Israël si in viis meis am-
bulasset.

ro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.

nimici Domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in saecula.

t cibavit eos ex adipe frumenti: et de petra, melle saturavit eos.

loria Patri, icut erat,

antate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

antate Domino, et benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem salutare ejus.

nnunciate inter gentes gloriam ejus: in omnibus populis mirabilia ejus.

uoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

uoniam omnes dii gentium daemonia: Dominus autem caelos fecit.

onfessio, et pulchritudo in conspectu ejus: sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

fferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam et honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus.

ollite hostias, et introite in atria ejus: adorare Dominum in atrio sancto ejus.

ommoveatur a facie ejus universa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.

tenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur: judicabit populos in aequitate.

aetentur caeli, et exultet terra, commoveatur mare, et plenitudo ejus: gaudebunt campi, et omnia, quae in eis sunt.

unc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

udicabit orbem terrae in aequitate: et populos in veritate sua.

loria Patria, icut erat,

ubilate Deo omnis terra: servite Domino in laetitia.

Introite in conspectu ejus: in exultatione.

citote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, et non ipsi nos.

opulus ejus, et oves pascuae ejus: introite protas ejus in confessione, atria ejus in hymnis, confitemini illi.

audate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus, in aeternum misericordia ejus: et usque in generationem, et generationem veritas ejus.

loria Patri, icut erat,

enedic anima mea Domino: et omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus.

enedic anima mea Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

ui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

ui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, et miserationibus.

ui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilae juvenus tua.

aciens misericordias Dominus: et iudicium omnibus injuriam patientibus.

otas fecit vias Moysi: filiis Israël voluntates suas.

iserator, et misericors Dominus: longanimis, et multum misericors.

on in perpetuum irascetur: neque in aeternum comminabitur.

on secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

uoniam secundum altitudinem caeli a terra: corroboravit misericordiam suam super timentes se.

quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras.

quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

recordatus est, quoniam pulvis sumus: homo sicut foenum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorescit.

quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.

miserericordia autem Domini ab aeterno: et usque in aeternum super timentes eum.

et justitia illius in filios filiorum: his, qui servant testamentum ejus.

et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea. Dominus in caelo paravit sedem suam: et regnum ipsius omnibus dominabitur.

benedicite Domino omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

benedicite Domino omnes virtutes ejus: ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

benedicite Domino omnia opera ejus: in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

gloria Patri, sicut erat,

laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: et veritas Domini manet in aeternum.

gloria Patri. sicut erat,

Laudate Dominum de caelis,

180.

Benedictus Domi-

nus Deus Israël,

163.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, et gloriosus in saecula. Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula. Benedictus es Domine Deus in firmamento caeli. Et laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in saecula. Benedic anima mea Domino. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

eus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus; piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: ut, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

eus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

eus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum,

Laudate Dominum de caelis 180.

**rium nostrum in nomine Domini.
terram. Dominus vobiscum.**

**Adjuto-
Qui fecit caelum, et
Et cum Spiritu tuo.**

Országos Széchényi Könyvtár

**Adjutorium nostrum in nomine Domini.
caelum, et terram.**

Qui fecit

exorcizo te creatura Salis per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum, qui te per Elisaeum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae: ut efficiaris Sal exorcizatum in salutem credentium: et sis, omnibus summentibus te, sanitas animae, et corporis: et effugiat, atque discedat a loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, et nequitia, vel versutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

immensam clementiam tuam, Omnipotens aeternae Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam Salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere et sanctificare tua pietate digneris: ut sit omnibus summentibus salus mentis, et corporis, et quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

exorcizo te creatura Aquae, in nomine Dei Patris Omnipotentis, et in nomine Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spiritus sancti: ut fias Aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare valeas cum Angelis suis apostaticis: Per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

eus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris; et elemento huic multimodis purificationibus praeparato, virtutem tuae benedictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos daemones, morbosque pellendos, divinae gratiae sumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiae latentis inimici: et si quid est; quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat; ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Jesum Christum

Commixtio salis, et aquae pariter fiat: In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.
Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Országos Széchényi Könyvtár

eus, invictae virtutis auctor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversae dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis saevitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine, trementes, et supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis, et aquae dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices: ut ubicunque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur; et praesentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti, Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
 fecit caelum, et terram. Dominus vobiscum.
 cum Spiritu tuo.

Qui
 Et

Országos Széchényi Könyvtár

mnipotens sempiterna Deus, qui per Moysen famulum tuum Pontificalia, et Sacerdotalia, seu Levitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum ad honorem, et decorem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocationibus nostris, et haec indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrae humilitatis servitium purificare benedicere et consecrare digneris: ut divinis cultibus, et sacris mysteriis apta, et benedicta existant: his quoque sacris vestibus Pontifices, et Sacerdotes, seu Levitae tui induti, ab omnibus impulsione, seu tentationibus malignorum spirituum muniti, et defensi esse mereantur; tuisque mysteriis apte, et condigne servire, et inhaerere, atque in his

tibi placite, et devote perseverare tribue. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deus, invictae virtutis triumphator, et omnium rerum creator, et sanctificator: intende propitius preces nostras, et haec indumenta Leviticae, Sacerdotalis, et Pontificalis gloriae, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio benedicere sanctificare et consecrare digneris, omnesque eis utentes, tuis mysteriis aptos, et tibi in eis devote, ac laudabiliter servientes, gratos efficere digneris. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Amen.

omine Deus Omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, et Levitis in usum tabernaculi foederis necessaria Moysen famulum tuum agere jussisti, eumque spiritu sapientiae ad id peragendum replevisti: haec vestimenta in usum, et cultum mysterii tui benedicere sanctificare et consecrare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.		Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.	Et
cum Spiritu tuo.		

audi Domine preces nostras, et haec lintheamina sacri altaris usui praeparata benedicere et sanctificare digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

omine Deus Omnipotens, qui Moysen, famulum tuum, ornamenta, et linteamina facere per quadraginta dies docuisti, quae etiam Maria texuit, et fecit in usum ministerii, et tabernaculi foederis: benedicere sanctificare et consecrare digneris haec linteamina, ad tegendum, involvendumque altare gloriosissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
fecit caelum, et terram. Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.

Qui
Et

lementissime Domine, cujus inenarrabilis virtus, cujus mysteria arcanis mirabilibus celebrantur, tribue, quaesumus, ut hoc linteamen tuae propitiationis benedictione sanctificetur, ad consecrandum super illud Corpus, et Sanguinem Dei, et Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

omnipotens sempiterne Deus, benedicere sanctificare et consecrare digneris linteamen istud, ad tegendum, involvendumque Corpus, et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit, et regnat, Amen.

omnipotens Deus, manibus nostris opem tuae benedictionis
 infunde: ut per nostram benedictionem hoc lintamen san-
 ctificetur, et Corporis, et Sanguinis Redemptoris nostri novum
 sudarium, Spiritus sancti gratia, efficiatur. Per eundem, etc.
 in unitate ejusdem Spiritus sancti, Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.		Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.	Et
cum Spiritu tuo.		

omnipotens sempiterne Deus, Majestatem tuam suppliciter
 deprecamur, ut Vasculum hoc, pro Corpore Filii tui Domini
 nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum, benedictionis
 tuae gratia dicare digneris. Per eundem Christum Domi-
 num nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.		Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.	Et
cum Spiritu tuo.		

rogamus te Domine Sancte Pater omnipotens, aeterne Deus,
 ut digneris benedicere hoc signum Crucis, ut sit remedium

salutare generi humano; sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum; sit solamen, et protectio, ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

enedic Domine hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum a daemonum potestate, et superasti passionem tua suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumtionem:

Sanctificetur hoc signum Crucis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, inveniant corporis, et animae salutem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini. **Qui**
fecit caelum, et terram. **Dominus vobiscum.** **Et cum**
Spiritu tuo.

mnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum imagines affigies sculpi, aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus, et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur: hanc quaesumus, Unigeniti Filii tui, beatissimae Virg. Mariae Matris U. imaginem sculpturam in honorem, et memoriam **Domini nostri Jesu Christi** beati Apostoli tui, Martyris, Confessoris, Pontificis, Virginis adoptatam, benedicere et sanctificare digneris: et praesta: ut quicumque coram illa Unigenitum Filium tuum, Beatissimam Virginem, gloriosum

Apostolum, Martyrem, Confessorem, Virginem
 simpliciter colere, et honorare studuerit; illius meritis, et ob-
 tentu a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat
 in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.
et cum Spiritu tuo.	Et

omine Jesu Christe, cujus Ecclesia est velut castrorum acies
 ordinata: Bene dicere digneris hoc vexillum, ut omnes sub
 eo tibi Domino Deo nostro exercituum militantes, per interces-
 sionem Sancti Patroni, inimicos suos invisibiles, in hoc sae-
 culo superare, et post victoriam in caelis triumphare merean-
 tur, per te, Jesu Christe, qui vivis et regnas cum Deo Patre
 in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum.
 Amen.

Signum salutis pone Domine Jesu Christe! in loco isto, et non permittas introire Angelum percutientem.

uam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

cor meum, et caro mea: exultaverunt in Deum vivum. tenim passer invenit sibi domum: et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Itaria tua Domine virtutum: Rex meus, et Deus meus. eati, qui habitant in domo tua Domine: in saecula saeculorum laudabunt te.

eatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

tenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

protector noster aspice Deus: et respice in faciem Christi tui.

via melior est dies una in atriis tuis: super millia. t elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

via misericordiam, et veritatem diligit Deus: gratiam, et gloriam dabit Dominus.

on privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.
 loria Patri, icut erat,

omine Deus, qui licet caelo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur, locum hunc, quaesumus, Beatae Mariae semper Virginis, et B.

omniumque Sanctorum intercedentibus meritis sereno pietatis tuae intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salamonis opere conplevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris: effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit caelum, et terram. Sit nomen Domini benedictum.
 Ex hoc nunc, et usque in saeculum. Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes. Hic factus est caput anguli.
 Tu es Petrus. Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Gloria Patri, Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus Omnipotens Deus, splendor, et imago aeterni Patris, et vita aeterna, qui es lapis angularis de monte sine manibus abscissus, et immutabile fundamentum; hunc lapidem collocandum in tuo nomine

confirma: et tu, qui es principium et finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis quaesumus, principium et incrementum, et consummatio istius operis, quod debet ad laudem, et gloriam tui nominis inchoari: Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis, et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.
Amen.

enedic Domine creaturam istam lapidis, et praesta per invocationem sancti tui nominis, ut quicumque ad hanc Ecclesiam aedificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, et animae medelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ane surgens Jacob, erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper votum vovit Domino, vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam.

isi Dominus aedificaverit domum: in vanum laboraverunt, qui aedificant eam,

isi Dominus custodierit civitatem: frustra vigilat, qui custodit eam.

anum est nobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

um dederit dilectis suis somnum: ecce haereditas Domini, Filii, merces, fructus ventris.

icut sagittae in manu potentis: ita filii excussorum.
 eatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: non
 confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.
 loria Patri, icut erat,

In fide Jesu Christi collocamus lapidem istum primum
 in hoc fundamento, In nomine Patris et Filii et Spiritus
 sancti, ut vigeat vera fides hic, et timor Dei, fraterna-
 que dilectio; et sit hic locus destinatus orationi, et ad invo-
 candum, et laudandum nomen ejusdem Domini nostri Jesu
 Christi, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus,
 per omnia saecula saeculorum. Amen.

Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et
 super nivem dealbabor. iserere mei Deus, secundum
 magnam, 167. Gloria Patri.

Országos Széchényi Könyvtár

quam metuendus est locus iste! vere non est hic aliud,
 nisi domus Dei, et porta caeli.

fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas
 Sion super omnia tabernacula Jacob:

loriosa dicta sunt de te: civitas Dei.

emor ero Rahab et Babylonis: scientium me.

cce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum: hi
 fuerunt illic.

umquid Sion dicet, Homo, et homo natus est in ea: et
 ipse fundavit eam Altissimus.

ominus narrabit in scripturis populorum, et principum:
horum, qui fuerunt in ea.

icut laetantium omnium: habitatio est in te.

loria Patri, icut erat,

O quam metuendus est locus iste! vere non est
hic aliud, nisi domus Dei, et porta caeli.

Oremus.

Flectamus genua.

Levate.

mnipotens, misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam
prae caeteris gratiam contulisti, ut, quidquid in tuo nomine
digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur, quaesumus
immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi su-
mus, visites: et quidquid benedicturi sumus, bene dicas,
sitque ad nostrae humilitatis introitum, Sanctorum tuorum me-
ritis, fuga daemonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

eus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum aeternum Ma-
jestati tuae condidisti habitaculum, da aedificationi tuae incremen-
ta caelestia: ut, quod te iubente fundatur, te largiente perfi-
ciatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ctiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Asperges me Domine,
Miserere mei Deus,

167. Gloria Patri.

Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Oremus,

Flectamus genua.

Levate.

Domine Deus, qui licet caelo, et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quaesumus, Beatae Mariae semper Virginis, et beati omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuae intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum,

214.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, Te rogamus, audi nos,
 Altare ad honorem tuum, et nomen Sancti tui purgare, et
 benedicere, digneris, Te rogamus, audi nos,
 benedicere,

t nos exaudire digneris, Te rogamus, audi nos.
 ili Dei, Te rogamus, audi nos. gnus Dei,
 yrie eleison, re-
 mus. Flectamus genua. Levate.

raeveniat nos, quaesumus Domine, misericordia tua, et
 intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia
 tuae propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum.
 Amen.

eus in adiutorium meum intende,
 omine ad adjuvandum me festina.
 Országos gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.
 icut erat in principio,
 remus. Flectamus genua. Levate.

mnipotens, et misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tan-
 tam prae caeteris gratiam contulisti, ut, quidquid in tuo nomi-
 ne digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quae-
 sumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visita-
 turi sumus, visites; et quidquid benedicturi sumus, bene di-
 cas, sitque ad nostrae humilitatis introitum, Sanctorum tuorum
 meritis, fuga daemonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum
 nostrum Jesum Christum,

enedic Domine domum

istam nomini tuo aedificatam.

d Dominum, cum tribularer, clamavi: et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua
dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam do-
losam?

agittae potentis acutae: cum carbonibus desolatoriis.

eu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi
cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

um his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum lo-
quebar illis, impugnabant me gratis.

loria Patri, icut erat,

eravi oculos meos in montes: unde veniet auxiliū mihi.

uxilium meum a Domino: qui fecit caelum, et terram.

on det in commotionem pedem tuum: neque dormitet,
qui custodit te.

ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodiat Israël.

ominus custodit te, Dominus protectio tua: super ma-
num dexteram tuam.

er diem sol non uret te: neque luna per noctem.

ominus custodit te ab omni malo: custodiat animam
tuam Dominus.

ominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: ex
hoc nunc, et usque in saeculum.

loria Patri, icut erat,

aetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: in domum Domini
ibimus.

tantes erant pedes nostri: in atriis tuis Jerusalem.

erusalem, quae aedificatur ut civitas: cujus participatio
ejus in idipsum.

Iluc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimo-
nium Israël ad confitendum nomini Domini.

uia illic sederunt sedes in judicio: sedes super domum
David.

ogate, quae ad pacem sunt Jerusalem: et abundantia di-
ligentibus te.

iat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

ropter fratres meos, et proximos meos: loquebar pa-
cem de te.

ropter domum Domini Dei nostri: quaesivi bona tibi.

loria Patri, icut erat,

Benedic Domine domum istam nomini tuo aedi-
ficatam.

perges me Domine,
mus.

Flectamus genua.

Levate.

As-
re-

eus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super
hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus hic nomen
tuum invocantibus, auxilium tuae misericordiae sentiatur. Per
Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum,

ges me Domine hyssopo, et mundabor: la-
vabis me, et super nivem dealbabor. Miserere mei Deus,
167. Gloria Patri.

mnipotens, et misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam prae caeteris gratiam contulisti, ut, quicquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur, quaesumus immensam clementiam tuam, ut, quod modo visitaturi sumus, bene dicas; sitquae ad nostrae humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga daemonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

libus defunctis requiem,
hoc, et Coemeterium purgare
rogamus,

Te rogamus, audi nos.
Ut hanc Ecclesiam, Altare
et reconciliare digneris, Te

remus.

Flectamus genua.

Levate.

raeveniat nos, quaesumus Domine, misericordia tua, et intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia tuae propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

eus in adjutorium meum intende.

omine ad adjuvandum me festina,
loria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus.

n Ecclesiis benedicite Deo Domino: de fontibus Israël.

bi Benjamin adolescentulus: in mentis excessu.

incipes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali;

anda Deus virtuti tuae: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

templo sancto tuo in Jerusalem: tibi offerent reges munera.

ncrepa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.

issipa gentes, quae bella volunt; venient legati ex Aegypto: Aethiopia praeveniet manus ejus Deo.

egna terrae cantate Deo: psallite Domino.

sallite Deo, qui ascendit super caelum caeli: ad orientem.

ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël: magnificentia ejus, et virtus ejus in nubibus.

irabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus.

Gloria Patri,

Deus, qui in omni loco dominationis tuae clemens et benignus purificator assistis, exaudi nos, quaesumus, et concede, ut inposterum inviolabilis hujus loci permaneat benedictio; et tui muneris beneficia universitas fidelium, quae supplicat, percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

omnipotens Deus, qui es custos animarum, et tutela salutis,
fides credentium, respice propitius ad nostrae servitutis officium
et ad introitum nostrum purgetur benedicatur et san-
ctificetur hoc Coemeterium: ut humana corpora hic post vi-
tae cursum quiescentia, in magno iudicii die simul cum feli-
cibus animabus mereantur adipisci vitae perennis gaudia. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

214.

Ut omnibus fidelibus defunctis, Te
rogamus, audi nos.

Ut hoc Coemeterium purgare, et be-
nedicere digneris, Te rogamus,

Asperges me Domine
hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.
iserere mei Deus, lo-
ria Patri,

267.

Ieus, qui es totius orbis Conditor, et humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium et invisibilium perfectus dispositor; te supplici voce, ac puro corde exposcimus, ut hoc Coemeterium, in quo famulorum famularumque tuarum corpora quiescere debent post curricula hujus vitae labentia, purgare benedicere et sanctificare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus praestitisti, corporibus quoque eorum in hoc Coemeterio quiescentibus, et tubam primi Archangeli expectantibus, consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ut omni-

bus fidelibus defunctis, Te rogamus, audi nos.

Ut hoc Coemeterium reconciliare

et sanctificare digneris. Te rogamus, audi nos.

Asperges me Do-

mine hyssopo, et mundabor: lavabis me,

et super nivem dealbabor. iserere mei Deus,

167. Gloria Patri,

Asperges,

remus.

Flectamus genua.

Levate.

omine pie, qui agrum figuli pretio Sanguinis tui in sepultu-
ram peregrinorum comparari voluisti, quaesumus: dignanter re-
miniscere clementissimi hujus mysterii tui. Tu es enim Domine
figulus noster, tu quietis nostrae ager, tu agri hujus pretium.
Tu dedisti etiam, et suscepisti. Tu de pretio tui vivifici San-
guinis nos requiescere donasti. Tu ergo Domine, qui es offen-
sionis nostrae clementissimus indultor, expectantissimus judi-
cator, judicii tui superabundantissimus miserator, judicium tuae
justissimae severitatis abscondens post miserationem tuae pie
redemptionis, adesto exauditor, et effector nostrae reconcilia-
tionis; hocque Coemeterium peregrinorum tuorum, caelestis pa-
triae incolatum expectantium, benignus purifica, et reconcilia;
et hic tumultorum, et tumultandorum corpora, de potentia
et pietate tuae resurrectionis ad gloriam incorruptionis non dam-
nans, sed glorificans resuscita: Qui venturus es judicare vivos,
et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
fecit caelum, et terram. Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.

Qui
Et

omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, benedic Candelas
istas supplicationibus nostris, infunde eis Domine per virtutem
sanctae Crucis benedictionem caelestem, qui eas ad repellen-
das tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem
signaculo sanctae Crucis accipiant, ut quibuscunque locis ac-
censae, sive positae fuerint, discedant principes tenebrarum, et
contremiscant, et fugiant pavidum cum omnibus ministris suis ab
habitationibus illis: nec praesumant amplius inquietare, aut
molestare servientes tibi Omnipotenti Deo: Qui vivis, et re-
gnas in saecula saeculorum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

Adjutorium nostrum
Domine exaudi orationem
Dominus vobiscum.

Qui fecit caelum
Et clamor
Et cum Spiritu tuo.

omnipotens, et mitissime Deus, qui omnium mundi rerum
diversitates solo verbo creasti, et ad hominum reformationem
illud idem verbum, per quod facta sunt omnia, incarnari vo-

luisti: qui magnus es, et immensus, terribilis, atque laudabilis, et faciens mirabilia: pro cuius fidei defensione gloriosus Martyr et Pontifex Blasius diversorum tormentorum genera non pavescens Martyrii palmam feliciter est adeptus: cui inter caeteras gratias hanc praerogativam contulisti; ut quoscunque gutturis morbos tua virtute curaret, Majestatem tuam suppliciter exoramus: ut non intuitu nostri reatus, sed ejus placatus meritis, et precibus, hanc creaturam cerae benedicere et sancti ficare tua venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fuerint, a quocunque gutturis morbo ipsius Passionis meritis liberentur, et in Ecclesia sancta tua sani, et hilares tibi gratiarum referant actiones: et laudent nomen tuum gloriosum, quod est benedictum in saecula. Per eundem Dominum, Amen.

er intercessionem Sancti Blasii Episcopi, et Martyris liberet, et praeservet te Dominus a malo gutturis: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Adjutorium nostrum
Domine exaudi orationem
Dominus vobiscum.

Qui fecit caelum
Et clamor meus
Et cum Spiritu tuo.

omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui dixisti: sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: Bene dicere dignare candelam istam, et infunde ei per virtutem sanctae Crucis benedictionem caelestem, talemque benedictionem signaculo sanctae Crucis accipiat, ut quibuscunque in locis accensa, aut a quibuscunque infirmis in manibus

portata fuerit, discedant, et contremiseant principes tenebrarum, et fugiant pavidum cum omnibus ministris suis. Nec praesument inquietare, aut molestare, aut tentare famulos tuos, qui eam ob honorem tuum in manibus suis gestaverint. Tu Domine, qui es lumen ad revelationem gentium, et illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, digneris illuminare intellectum eorum, qui lumen hoc devote susceperint: ut cognoscant te solum verum Deum, et Patrem tuum caelestem: Qui cum eo, et Spiritu sancto vivis, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Pax huic domui.

Et omnibus habitantibus in ea.

Introeat, quaesumus, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna; effugiat ex hoc loco accessus daemonum: adsint Angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, bene dic conversationi nostrae, sanctifica nostrae humilitatis ingressum: Qui sanctus, et pius es, et permanes cum Patre, et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

De profundis clamavi, 170.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Surgens Jesus de Synagoga introivit in domum Simonis: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febrim

bus, et rogaverunt illum pro ea, et stans super illam imperavit feбри, et dimisit illam: et continuo surgens ministrabat illis: Cum sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens curabat eos.

yrie eleison. hriste eleison. yrie

eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.	Sed libera nos a malo.	
Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.	Sana me Domine: quoniam conturbata sunt ossa mea.	Salvum fac servum tuum.
Deus meus sperantem in te.	Ego dixi: Domine miserere mei.	Sana animam meam, quia peccavi tibi.
Domine exaudi orationem meam.	Et clamor meus ad te veniat.	Dominus vobiscum.
Et cum Spiritu tuo.		

especta Domine famulum tuum, fratrem nostrum, in infirmitate sui corporis laborantem, et animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina salvatum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

super aegros manus imponent, et bene habebunt, **Jesus, Mariae Filius, mundi salus, et Dominus, meritis B. M. et B. Francisci Confessoris sui, et omnium Sanctorum sit tibi clemens et propitius. Amen.**

omnis **Jesus Christus** apud te sit, ut te defendat: intra te sit, ut te conservet: ante te sit, ut te deducat: post te sit, ut te custodiat: super te sit, ut te bene dicat: **Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.**

benedictio Dei Omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super te, et maneat semper. Amen.

Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluja: Et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, alleluja, alleluja. Confitemini

Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus.

Gloria Patri, et Filie, et Spiritui sancto. Sicut erat,

Vidi aquam, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, alleluja. Et salutare

tuum da nobis, alleluja. Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

Exaudi nos, Domine sancte Pater Omnipotens, aeternus Deus, et sicut domos Hebraeorum in exitu de Aegypto, agni sanguine linitas quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat ab angelo percutiente custodisti; ita et mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Pax

huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Asperges me Domine hyssopo, et munda-
bor. iserere mei Deus, secundum magnam miseri-
cordiam tuam. lora Patri, et Filio, et Spiritui sancto. icut
erat, Asperges me Domine,

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te

veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

audi nos, Domine sancte Pater Omnipotens, aeterne Deus,
et mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custo-
diat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes
in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Qui

fecit caelum, et terram.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

enedic Domine Deus Omnipotens ut sit in eo sani-
tas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, et mansuetu-

do plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto; et haec benedictio maneat super hunc locum, et super habitantes in eo nunc, et semper. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.
eum Spiritu tuo.	Et

e Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus ejus, ac rebus: ut eam benedicere et sanctificare ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Domine de rore caeli abundantiam, et de pinguedine terrae vitae substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere et sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istius, Angeli tuae lucis inhabitent, eamque et ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
 Qui fecit caelum, et terram.
 Sit nomen Domini benedictum.
 Ex hoc nunc, et usque in saeculum.
 Domine exaudi orationem meam.
 Et clamor meus ad te veniat.
 Dominus vobiscum.
 Et cum Spiritu tuo.

omnipotens, et misericors Dēus, qui ubique praesens es: Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut potentia tua huic horreo adesse dignetur, quae cuncta adversa ab eo repellat, et abundantiam Bene dictionis tuae ei largiter infundat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

omine Deus Omnipotens, qui audientibus mandata tua, per Moysen famulum tuum, promisisti benedictionem tuam dicens: Benedicta horrea tua, et benedictus fructus terrae tuae: Bonitatem tuam humiliter imploramus, ut horreum istud dextra sancta tua bene dicere, et ab omnibus adversis tueri digneris. Defende, quaesumus, Domine horreum hoc cum omnibus rebus suis: ab igne, tempestate, fulgure, ruina, et ab omnibus tribulationibus inimicorum, ut famuli, qui illud benedici expetierunt, de tua custodia glorientur, et benignitatem tuam sine fine colaudent. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
fecit caelum, et terram. Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.

Qui
Et

audi nos Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, ut sicut domos Hebraeorum, in Aegypto sanguine Agni aspersas, custodisti in eorum exitu de Aegypto ab Angelo percutiente: ita mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui cu-

stodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat stabulum, seu locum istum a maleficiis, fraudibus, et ab omnium inimicorum insidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ene dñe Domine locum istum, et defende illum, cum omnibus jumentis pecoribus ejus, ab omni mala tempestate, ab igne, ab infirmitate, ab ira ventura, et ab omnibus diabolicis tribulationibus, et insidiis: et tu Deus, qui unigenitum Filium tuum, ac Redemptorem nostrum, in jumentorum stabulo nasci, et collocari voluisti, ejus esse velis habitator, et custos, eumque ab omni malo custodire digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

xorcizo te Daemon maledicte, immunde et maligne spiritus, quicumque stabulum istud, et animalia ista, utpote Dei vivi, ac veri creaturas affligere, et vexare praesumis; et adjuro te per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, ut exeas, et recedas ex hoc loco, seu stabulo, nec unquam huc reverti praesumas. Neque hic, aut alibi existentibus jumentis damnum, aut pavorem immittas: aut quodcumque maleficio in detrimentum vitae, sanitatis, et utilitatis illorum inferas. Per eum, qui te in patibulo Crucis vicit, et arma, in quibus confidebas, abstulit, spoliaque distribuit, quique statuto tempore venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

terum adjuro vos, O maligni Spiritus! per Creatorem caeli et terrae: per incarnationem D.N. Jesu Christi, ejusque circum-

cissionem, Baptismum, et Jejunium, per Crucem, clavos, et lanceam; per passionem, mortem, et sepulturam, per resurrectionem, ascensionem, et futurum judicium: per gloriosam Virginem Mariam, omniumque Sanctorum merita, et intercessionem, ut nunquam amplius habeatis accessum ad hoc stabulum, in detrimentum hominum, animalium, aut quarumcumque rerum humanae utilitati a Deo indultarum. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

omine Deus, Pater Omnipotens, rerum omnium Creator, et Conservator, defende nos, et pecora ista, defende dona tua, defende familiam tuam, defende, et benedic hoc stabulum per virtutem aquae a te, ministerio Ecclesiae tuae, benedictae, et per invocationem Sacratissimae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti sanctificatae exterminetur

diabolus, et omnia maleficia ejus a loco isto, et a terminis fidelium te invocantium, per virtutem sancti Nominis tui, et per merita omnium sanctorum Patriarcharum, Prophetarum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Omniumque Sanctorum, nosque et pecora haec ab omni malo praeservare, custodire, et liberare digneris. Per Dominum nostrum

et benedictio Dei Omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super hoc stabulum, et maneat semper. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit caelum, et terram. Sit nomen Domini benedictum.

Ex hoc nunc, et usque in saeculum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.
 Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

applices deprecamur Domine clementiam pietatis tuae, ut aquam putei hujus caelesti benedictione sanctifices, et ad communem vitae usum concedas esse salubrem: Et ita ex eo fugare digneris omnem diabolicae tentationis incursum, ut quicumque ex eo hauserint, vel biberint, vel in quibuscunque necessariis usibus hausta aqua usi fuerint, totius virtutis, ac sanitatis dulcedine perfruantur, ut tibi Sanctificatori, et Salvatori, omnium Domino gratias agere mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Domine Deus Omnipotens, qui in hujus putei altitudinem, per crepidinem fistularum copiam aquarum manare jussisti, praesta: ut te jubente, atque benedicente, per nostrae officium functionis repulsis hinc phantasmatibus, calliditatibus, atque insidiis diabolicis purificatus, atque emendatus semper hic puteus perseveret. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

214.

eccatores, e rogamus, audi nos.
 t nobis parcas, e rogamus, audi nos.
 t nobis indulgeas, e rogamus, audi nos.

t haec pecora bene dicere digneris, e rogamus,
audi nos.

t haec pecore, bene dicere, et custo dire digneris,
e rogamus, audi nos.

t haec pecora bene dicere, custo dire, et ab omni
morbo liberare digneris, e rogamus, audi nos.

t ea ab omni contagione praeservare digneris, e roga-
mus, audi nos.

t omne nocumentum ab eis auferre digneris, e roga-
mus, audi nos.

t nos audire digneris, e rogamus, audi nos.

gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
ater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

eus Omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, cujus verbo caeli firmati sunt, cui omnis creatura deservit, cujus potestati omnia subjecta sunt: cujus audito nomine serpentes con- quiescunt, dracones fugiunt, viperae silent, scorpiones extin- guuntur, reguli vincuntur, venenata non nocent, cunctaque fe- rocia animalia terrentur. Tu ab his pecoribus omnes diaboli frau- des repelle, ferarum incursus amove, venena rescinde, eaque ab omnibus infirmitatibus, adversitatibus, et periculis libera. Digna- re Domine, per nomen sanctum dilectissimi Filii tui, et per in-

tercessionem Beatae Mariae Matris ejus, perque merita omnium Sanctorum tuorum haec pecora conservare, bene dicere, et ab omni morbo liberare. Salvifica pabulum, arce daemonium, tribue foecunditatem, et tua efficacissima bene dictione reple omnia, quae usui horum pecorum adaptantur, et aptanda erunt. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum

isericordiam tuam Domine supplices exoramus, ut haec animalia, quae periculosa contagione infecta sunt, in nomine tuo, et virtute bene dictionis tuae sanentur; exstinguatur in eis omnis diabolica potestas, nec ulterius ad damnum famulorum tuorum aegrotent; tu eis Domine sis defensaculum vitae, et remedium sanitatis: ut tibi a famulis tuis digna reddatur gratiarum actio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

eus invisibilis, et inaestimabilis, pietatem tuam per sanctum et tremendum nomen Filii tui suppliciter deprecamur: ut in hanc creaturam Salis bene dictionem, et potentiam invisibilis operationis tuae infundas, ut animalia, quae ex eo receperint, vel gustaverint, bene dictio, et protectio tua ab omni aegritudinis, et laesionis incursu custodiat. Per eundem

omine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, defende, quaesumus, ista animalia per hanc creaturam Salis, quam in nomine tuo bene dico, et hisce pecoribus tradi facio. Defende ea, quaesumus, piissime Deus, a rapacibus bestiis, et latronibus, a scabie, morbo, peste, et contagione, a malitia et invidia pravorum hominum, a veneficiis, sagis, et strigibus, a daemonibus, incantationibus, et immundis spiritibus: et demum ab

omnibus malis, quae iis naturaliter vel praeternaturaliter accidere possunt, et quaecunque morbis vexantur, per virtutem huius benedicti Salis, et per invocationem sancti tui nominis sanare digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.	Et

enedic Domine Thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo in tua pace consistent, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitudine dierum, et ad regna caelorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.	Et

ropitiare Domine supplicationibus nostris, et benedic navem istam dextera tua sancta, et omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluvio: porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti Beato Petro ambulanti super mare: et mitte sanctum Angelum tuum de caelis, qui liberet, et custodiat eam semper a periculis universis, cum omnibus, quae in ea erunt: et famulos tuos repulsis adver-

sitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis: transactisque, ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis, et regnas,

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui
fecit caelum, et terram. Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum.
Et cum Spiritu tuo.

reces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi: ut, qui juste pro peccatis nostris affligimur, et harum noxiarum avium (murium, vermium, locustarum,) persecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur: ut procul a tua potentia expulsae (expulsi) nulli noceant, et hos agros (prata, aquas,) in tranquillitate, et quiete dimittant, quatenus ex eis provenientia, tuae Majestati deserviant, et nostrae necessitati absque nocumento subveniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

xorcizo, et adjuro vos, pestiferi vermes (mures, locustae,) noxia animantia, per Deum Patrem Omnipotentem, per Jesum Christum Filium ejus, Dominum nostrum, et per Spiritum sanctum, ab utroque procedentem, et per intercessionem Beatae Mariae Virginis, et Sancti ut confestim recedatis ab his agris (campis, pratis, vineis, hortis,) nec amplius in eis habitetis, sed ad illa, et talia loca transeatis, ubi nullis Dei servis nocere possitis, pro

parte Omnipotentis Dei, et totius curiae caelestis, Sancti et Ecclesiae sanctae Dei, vos maledicens, ut, quocunque ieritis, sitis maledicti, deficientes de die in diem in vos ipsos, et decre-scentes, ita ut reliquiae in vobis nullo in loco inveniantur, nisi necessariae ad salutem, et usum hominum, quod praestare dignetur, qui venturus est iudicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

xorcizo, et adjuro vos daemones, per Deum Patrem Omnipotentem, qui in deserto per quadraginta annos cibavit filios Israel Manna, et ex petra aquam eduxit eis ad bibendum, ut statim ab his agris campis, vineis, pratis, hortis, aquis omne, quod noxium est, amoveatis. Adjuro etiam vos animalia, et quaecunque per maleficio diabolici noxia estis hominibus, et bonis eorum, per Deum Patrem Omnipotentem, et per Filium ejus, et per Spiritum Paraclitum, ut hinc discedatis, et nocere desinatis graminibus, frugibus, piscibus

et dissipemini, et omnis virtus, et potestas nocendi vobis adimatur, et interimat vos dextera Dei Omnipotentis per invocationem nominis sui, et per passionem, et mortem Jesu Christi Filii sui, et per merita Beatissimae Virginis Mariae, et Omnium Sanctorum, et Sanctarum caelestis curiae. Amen.

omnipotens sempiternus Deus, remunerator omnium bonorum, et poenitentium peccatorum maximus miserator: in cujus nomine omnia genua flectuntur, caelestium, terrestrium, et infernorum: concede nobis propitius, ut, quod de gratia, et misericordia tua confisi agimus, per eandem gratiam, et virtutem tuam efficacem consequamur effectum; ut per tuam clementiam ab hac peste liberati, Majestati tuae congruas gratiarum referamus actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

NB.

Adjutorium

pag. 214.

Preces

nostras,

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui
 fecit caelum, et terram. Domine exaudi orationem meam.
 Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum.
 Et cum Spiritu tuo.

eus invisibilis, et inaeestimabilis, pietatem tuam per sanctum, ac tremendum Filii tui nomen suppliciter deprecamur, ut in hac creatura Salis bene dictionem, et potentiam invisibilis operationis infundas: ut animalia, quae necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint, bene dictio, et sancti ficatio tua ab omni aegritudinis, et laesionis incursu te protegente cusdoiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

omine sancte, Pater Omnipotens, aeternae Deus: defende, quaesumus, omnia animalia nostra per hanc creaturam Salis et aquae: defende piissime a rapacibus, a latronibus, a bestiis, a scabie, a morbo, a morsibus, a laqueis, a diabolo, ab infirmitate, ab invidia, a malitia pravorum, a malis hominibus; a malis oculis, a veneficiis, ab aruspibus, et ab omnibus malis salvare, et pecudes, et alia animalia, quae morbis et infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam Salis, et per invocationem sancti nominis tui sanare digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui
 fecit caelum, et terram. Domine exaudi orationem meam.
 Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum.
 Et cum Spiritu tuo.

ramus pietatem tuam Omnipotens Deus, ut has primitias creaturae tuae, quas aëris, et pluviae temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuae imbre perfundas; et fructus terrae tuae usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terrae esurientium animas bonis affluentibus repleas, et egenus, et pauper laudent nomen gloriae tuae: Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

In viam pacis. benedictus Dominus Deus Israël,
 fol. 163. loria Patri In viam pacis,
 et prosperitatis dirigat vos Omnipotens et misericors Dominus, et Angelus Raphaël comitetur vobiscum in via, ut cum pace, salute, et gaudio revertatis ad propria. yrie eleison.
 hriste eleison. yrie eleison. ater noster. Et ne nos

inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Sal-
 vos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te. Mit-
 te eis Domine auxilium de sancto. Et de Sion tuere eos.
 Esto eis Domine turris fortitudinis. A facie inimici.
 Nihil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis
 non apponat nocere eis. Benedictus Dominus die quotidie.
 Prosperum iter faciat vobis Deus salutarium nostrorum.
 Vias tuas Domine demonstra nobis. Et semitas tuas
 edoce nos. Utinam dirigantur viae nostrae. Ad cu-
 stodiendas justificationes tuas. Erunt prava in directa.
 Et aspera in vias planas. Angelis suis mandavit de
 te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Domine
 exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.
 Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

eus, qui filios Israël per maris medium sicco vestigio ire
 fecisti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandisti; tri-
 bue eis, quaesumus, iter prosperum, tempusque tranquillum:
 ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quo pergunt, locum, ac
 demum ad aeternae salutis portum feliciter valeant pervenire.

eus, qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldaerum edu-
 ctum, per omnes suae peregrinationis vias illaesum custodisti:
 quaesumus, ut hos famulos tuos custodire digneris: esto eis Do-
 mine in procinctu suffragium, in via solatium, in aestu umbra-
 culum, in pluvia et frigore tegumentum, in lassitudine vehicu-
 lum, in adversitate praesidium, in lubrico baculus, in naufragio
 portus; ut te duce, quo tendunt, prospere perveniant, et
 demum incolumes ad propria revertantur.

desto, quaesumus, Domine supplicationibus nostris, et viam
 famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone, ut inter
 omnes viae et vitae hujus varietates, tuo semper protegantur
 auxilio.

raesta, quaesumus, Omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat, et Beati Joannis Praecursoris hortamenta sectando ad eum, quem praedixit, secura verveniat Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Exaudi Domine preces nostras, et iter famulorum tuorum propitius comitare, atque misericordiam tuam, sicut ubique es, ita ubique largire; quatenus a cunctis adversitatibus tua opitulatione defensi, gratiarum tibi referant actionem: Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Pax et benedictio Dei Omnipotentis Patris et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos, et maneat semper. Am.

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit caelum, et terram. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Exaudi omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus, fol. 194. Gloria Patri,

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. yrie eleison. hriste eleison. yrie eleison. ater noster,

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Benedicti, qui veniunt in nomine Domini.

Benedicti vos a Domino, qui fecit caelum, et terram.

Respice Domine in servos tuos, et in opera tua. Et dirige eos in viam mandatorum tuorum. Domine exaudi

orationem meam.
 Dominus vobiscum.

Et clamor meus ad te veniat.
 Et cum Spiritu tuo.

Do-

argire, quaesumus, Domine famulis tuis indulgentiam placatus, et pacem, ut pariter ab omnibus mudentur offensis, et secunda tibi mente deserviant.

omnipotens sempiterne Deus, nostrorum temporum, vitaeque dispositor, famulis tuis continuae tranquillitatis largire subsidium: ut quos incolumes propriis laribus reddidisti, tua facias protectione securos.

eus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, praetende societati nostrae gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum nobis sentiamus adventum. Per Dominum nostrum,

Pax, et benedictio Dei Omnipotentis, Patris et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
 fecit caelum, et terram. Dominus vobiscum.
 cum Spiritu tuo.

Qui
 Et

eus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Aegypto, agnum occidi jussisti in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi praecepisti: tu benedicere et sanctificare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem ejus-

dem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit, et regnat in
saecula saeculorum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Et
cum Spiritu tuo.	

ubveniat, quaesumus Domine, tuae bene dictionis gratia
huic ovorum creaturae, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis, in
tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Domi-
ni nostri Jesu Christi, qui tecum vivit, et regnat in saecula
saeculorum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Et
cum Spiritu tuo.	

omine Jesu Christe, Panis Angelorum, Panis vivus aeternae
vitae, bene dicere dignare panem istum, sicut benedixisti
quinque panes in deserto: ut omnes ex eo gustantes, inde cor-
poris, et animae percipiant sanitatem. Qui vivis, et regnas in
saecula saeculorum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Et
cum Spiritu tuo.	

omine sancte, Pater Omnipotens, aeterne Deus, bene dicere digneris hunc panem tua sancta spiritali benedictione: ut sit omnibus summentibus salus mentis, et corporis, atque contra omnes morbos, et universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de caelo descendit, et dat vitam et salutem mundo: et tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.	Et

enedic Domine hos novos fructus et praesta: ut qui ex eis in tuo sancto nomine vescentur, corporis, et animae salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.	Qui
fecit caelum, et terram.	Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.	Et

enedic Domine creaturam istam ut sit remedium salutare generi humano; et praesta per invocationem sancti nominis tui: ut quicumque ex ea sumserint, corporis sanitatem, et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
fecit caelum, et terram.

Qui

xorcizo te creatura Olei, per Deum Patrem Omnipotentem, qui fecit caelum, et terram, mare, et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma satanae eradicare, et effugare ab hac creatura Olei: ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis, in nomine Dei Patris Omnipotentis, et Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, et Spiritus sancti Paracliti, et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

Országos Széchényi Könyvtár

omine Deus Omnipotens, cui adstat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur; dignare respicere, et bene dicere, et sancti ficare hanc creaturam olei, quam ex olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta, tibi Deo vivo, et vero gratias agerent: praesta quaesumus, ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo nomine bene dicimus, usi fuerint, ab omni languore, omni que infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur; et cunctae adversitates separentur a plasmate tuo, quod pretioso Sanguine Filii tui redemisti, ut nunquam laedatur a morsu serpentis antiqui. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate,

eus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundo gaudia contulisti: auge, et sancti fica collata nobis haec dona tuae largitatis, mentesque nostras pariter spiritualibus reple deliciis. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.
Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.
Gloria tibi Domine.

n illo tempore: Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae; et erat Mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino, dicit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit Jesus: Quid mihi, et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit Mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae, secundum purificationem Judaeorum, capientes singulae metretas binas, vel ternas. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset; ministri autem sciebant, qui hauserant aquam; vocat sponsum architriclinus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilaeae; et manifestavit gloriam suam: Et crediderunt in eum discipuli ejus.

er istos sermones sancti Evangelii, bene dicat Dominus noster Jesus Christus hanc creaturam Vini.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Qui fecit caelum; et terram.

ominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit.

uper aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

eduxit me super semitas justitiae: propter nomen suum.

am, etsi ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

irga tua, et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

arasti in conspectu meo mensam: adversus eos, qui tribulant me.

mpinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam praeclarus est!

t misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitae meae.

t ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.

loria Patri, sicut erat,

yrrie eleison. hriste eleison. yrie eleison. ater noster,

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera

nos a malo. Salvos fac servos tuos. Deus meus spe-

rant in te. Et si quid nocivum biberint. Non eis

nocebit. Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus.

Beatus vir, qui sperat in eo. Domine exaudi ora-

tionem meam. Et clamor meus ad te veniat. Domi-

nus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

eus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, cujus verbo caeli firmati sunt, cui omnis creatura deservit, et omnis potestas sub-

jecta est, et quem metuit et expavescit: nos te ad auxilium nostrum invocamus, cujus audito nomine serpens conquiescit, draco fugit, vipera silet, scorpio exstinguitur, regulus vincitur, et omnia venenata, ac noxia animalia terrentur: tu exstingue omnes diabolicas fraudes, et omnes humano generi adversantes nequitias; et hunc potum, per intercessionem Beatissimae Virginis Mariae, et Beati Joannis Apostoli, et Evangelistae, et omnium Sanctorum tuorum, tua virtute bene dic; ut omnes ex eo gustantes, ab omni malo custodias, et ad regnum gloriae tuae perducas: Per eundem Christum Dominum nostrum. Am.

omine Jesu Christe, qui ex quinque panibus, et duobus piscibus, quinque millia hominum satiasti; et in Cana Galilaeae, vinum ex aqua fecisti; qui es vitis vera, multiplica super nos misericordiam tuam, et pietatis tuae clementiam nobis ostende, quemadmodum fecisti cum patribus nostris in misericordia tua sperantibus: et bene dicere, ac sancti ficare digneris hanc creaturam Vini, quam ad sustentationem fidelium tuorum tribuisti: ut quicumque hac usus fuerit, vel ex ea potaverit, divinae benedictionis tuae opulentia repleatur: Qui vivis, et regnas cum cum Deo Patre, Amen.

eus, cujus potestate Beatus Joannes Evangelista potum venenosum illaesus superavit; bene dicere, et sancti ficare digneris hanc creaturam Vini; ut omnibus ex eo gustantibus, expulso omni gustu nocivo, infuso tuae benedictionis mysterio, sit in terris corporis et animae sanitas, et in caelis perpetua consolatio. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

Benedicamus Domino.

Deo gratias. Et benedictio Dei

Omnipotentis, Patris et Filii, et Spiritus sancti descendat
super hanc creaturam Vini, et maneat semper. Amen.

odie Caeli aperti sunt, et mare dulce factum est. Terra
exultat, montes et colles laetantur. Quia a Joanne
in Jordane Christus baptizatus est.

Quid est tibi mare, quod fugisti: et tu Jordanes,
quia conversus es retrorsum?

Quia a Joanne in Jordane Christus baptizatus est.

Vox Domini super aquas, Alleluja: Deus Maje-
statis intonuit. Alleluja.

fferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.

fferte Domino gloriam, et honorem: afferte Domino glo-
riam nomini ejus, adorete Dominum in atrio sancto ejus.

ox Domini super aquas, Deus Majestatis intonuit: Do-
minus super aquas multas.

ox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

ox Domini confringentis cedros: et confringet Dominus
cedros Libani.

t comminuet eas tanquam vitulum Libani: et dilectus,
quemadmodum filius unicornium.

ox Domini intercidentis flammam ignis, Vox Domini con-
cutientis desertum: et commovebit Dominus desertum Cades.

ox Domini praeparantis cervos, et revelabit condensa:
et in templo ejus omnes dicent gloriam.

ominus diluvium inhabitare facit: et sedebit Dominus Rex in aeternum.

ominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

loria Patri, icut erat,
Vox Domini super aquas,
In Ecclesiis benedicite Dominum, Alleluja: de
fontibus Israël, Alleluja.

rsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus.

icut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

t justi epulentur, et exultent in conspectu Dei: et delectentur in laetitia.

antate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum Dominus nomen illi.

xsultate in conspectu ejus: turbabuntur a facie ejus patris orphanorum, et iudicis viduarum.

eus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo.

ui educit vinctos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris.

eus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto.

erra mota est, etenim caeli distillaverunt a facie Dei Sinai: a facie Dei Israël.

luviam voluntariam segregabis Deus haereditati tuae, et infirmata est: tu vero perfecisti eam.

nimalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

ominus dabit verbum evangelizantibus: virtute multa.

ex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus dividere spolia.

i dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae: et posteriora dorsi ejus in pallore auri.

um discernit caelestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

ons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos?

ons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

urru Dei decem millibus multiplex, millia laetantium: Dominus in eis in Sina in sancto.

scendisti in altum, cepisti captivitatem: accepisti dona in hominibus.

tenim non credentes: inhabitare Dominum Deum.

enedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

eus noster, Deus salvos faciendi: et Domini Domini exitus mortis.

eruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

ixit Dominus, ex Basan convertam: convertam in profundum maris.

t intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

iderunt ingressus tuos Deus: ingressus Dei mei: regis mei, qui est in sancto.

raevenerunt principes conjuncti psallentibus: in medio juvenicularum tympanistriarum.

n Ecclesiis benedicite Deo Domino: de fontibus Israel.

bi Benjamin adolescentulus: in mentis excessu.

rincipes Juda duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

anda Deus virtuti tuae: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

templo tuo in Jerusalem: tibi offerent reges munera.

increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.

missa gentes, quae bella volunt, venient legati ex Aegypto: Aethiopia praeveniet manus ejus Deo.

regna terrae cantate Deo: psallite Domino.

psallite Deo, qui ascendit super caelum caeli: ad orientem.

Ecce dabit voci suae vocem virtutis: date gloriam Deo super Israël, magnificentia, et virtus ejus in nubibus.

Irreversibilis Deus in Sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus.

Gloria Patri, sicut erat,

In Ecclesiis benedicite Dominum. Alleluja, de fontibus Israël. Alleluja.

Ipse liberavit me, Alleluja; de laqueo venantium Alleluja.

Qui habitat in adjutorio Altissimi: in protectione Dei caeli commorabitur, 129.

Ipse liberavit me, Allel. de laqueo venantium, Allel.

Domine eleison.

Domine eleison.

Domine eleison.

Domine audi nos.

Domine exaudi nos.

Pater de Caelis Deus,

Miserere nobis.

Christe Redemptor mundi Deus,

Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus,

Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus,

Miserere nobis.

Sancta Maria. Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, ora.

Sancta Virgo Virginum, ora.

Sancte Michael, ora.

Sancte Gabriel, ora.

Sancte Raphael, ora.

Omnes sancti Angeli, et Archangeli, orate pro nobis.

Omnes sancti Beatorum Spirituum Ordines, orate.

Sancte Joannes Baptista, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriarchae, et

Prophetae. 40 orate.

ancte Petre, ora.
 ancte Paule, ora.
 ancte Joannes, ora.
 ancte Marce, ora.
 mnes sancti Apostoli, et
 Evangelistae, orate.
 ancte Stephane, ora.
 ancte Laurenti, ora.
 ancte Vincenti, ora.
 ancte Theodore, ora.
 mnes sancti Martyres, orate.
 ancte Silvester, ora.
 ancte Gregori, ora.
 ancte Martine, ora.
 ancte Augustine, ora.
 mnes sancti Pontifices et
 Confessores, orate.
 ancte Benedicte, ora.
 ancte Dominice, ora.
 ancte Francisce, ora.
 ancte Antoni, ora.
 mnes Sancti Monachi, et
 Eremitae, orate.
 ancta Maria Magdalena, ora.
 ancta Agnes, ora.
 ancta Agatha, ora.
 ancta Ursula, ora.
 mnes Sancti, et Sanctae
 Dei, Intercedite pro nobis.
 ropitius esto.
 Parce nobis Domine.
 ropitius esto.
 Exaudi nos Domine.
 b omni malo.
 Libera nos Domine.
 b omni peccato, libera.

morte perpetua, libera.
 er mysterium sanctae In-
 carnationis tuae, libera.
 er Adventum tuum, libera.
 er Nativitatem tuam, libera.
 er Baptismum, et san-
 ctum Jejunium tuum, libera.
 er Crucem, et Passionem
 tuam, libera.
 er mortem, et sepulturam
 tuam, libera.
 er sanctam resurrectionem
 tuam, libera.
 er admirabilem ascensio-
 nem tuam, libera.
 er Adventum Spiritus
 sancti Paraclyti, libera.
 n die Judicii, libera.
 eccatores. Te roga. audi nos.
 t nobis parcas, te rog.
 t nobis indulgeas, te rog.
 t Ecclesiam tuam sanctam
 regere, et conservare di-
 gneris, te rog.
 t Domnum Apostolicum,
 et omnes Ecclesiasticos
 Ordines in sancta religi-
 one conservare digneris,
 te rogamus, audi nos.

t hanc aquam bene di-
 cere digneris, te rog.
 t hanc aquam bene di-
 cere, et sancti ficare
 digneris, te rog.

t hanc aquam bene di-
cere, sancti ficare, et
consecrare digne-
ris, te rog.

t nosmetipsos in tuo san-
cto servitio confortare,
et conservare digneris, te rog.

gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
hriste audi nos. hriste exaudi nos.

t omnibus Benefactoribus
nostris sempiterna bona
retribuas, te rog.
t fructus terrae dare, et
conservare digneris te rog.
t omnibus fidelibus de-
functis requiem aeternam
donare digneris, te rog.
t nos exaudire digneris, te rog.

arce nobis Domine.
xaudi nos Domine.
iserere nobis.

yrrie eleison. hriste eleison. yrrie eleison. ater noster.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed li-
bera nos a malo. Salvos nos fac Domine Deus noster.

Et congrega nos de nationibus. Ut confiteamur no-
mini sancto tuo. Et gloriemur in laude tua. Bene-
dictus Dominus Deus Israël a saeculo. Et usque in sae-
culum: fiat, fiat.

Országos Széchényi Könyvtár

xsufflo in te, omnis legio Satanae, in nomine Patris , et
Filii, et Spiritus sancti, Amen.

xorciso te creatura aquae, in nomine Pa tris, et Fi lii,
et Spiritus sancti; ne communis sis ulli spiritui immundo: sed
dabis honorem Deo viventi atque regnanti Patri, et Filio, et
Spiritui sancto, ut ubicunque aspersa fueris, omnis spiritus im-
mundus ab eo loco recedat. Itemque adjuro te creatura aquae,
in nomine Jesu Christi Nazareni, Filii Dei vivi, Regis et Judi-
cis nostri, ut sis purgatio, et sanctificatio hominum, quos Deus
ad suam sanctam gratiam vocare dignatus est. Te ergo invoco

Domine sancte, Pater Omnipotens, aeternus Deus, ut hanc aquam exorcizare, et bene dicere pro tua pietate digneris; ut omnis immundus spiritus locum in ea ultra non habeat, vel potestatem: sed ubicunque aspersa fuerit, Angelorum tuorum descendat exercitus. Per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

In diebus illis: Convenerunt filii Israël adversus Moysen et Aaron, et versi in seditionem, dixerunt: Date nobis aquam, ut bibamus. Ingressus Moyses et Aaron, dimissa multitudine, ante Tabernaculum foederis corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus exaudi clamorem populi hujus, et aperi eis thesaurum tuum fontem aquae vivae, ut satiati, cesset murmuratio eorum, et apparuit gloria Domini super eos.

Ultimo festivitatis die dicebat **Jesus:** Qui in me credunt, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Alleluja, Alleluja.

Vox Domini super aquas, Deus Majestatis intonuit. Dominus super aquas multas. Alleluja.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore: In novissimo die magno festivitatis, stabat Jesus, et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Exorcizo te creatura aquae, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum totius creatorem:

ut te mundam exhibeas contra omnem morbum, atque insidias inimici, et diabolicas potestates. Ut ubicunque aspersa fueris, sit propitio Deo defensa domus ipsa. Et sicut defensae fuerunt in Aegypto domus Hebraeorum, per signum sanguinis agni; sic defendantur Domine domus famulorum, famularumque tuarum per aspersionem hujus aquae. In nomine ipsius te exorcizo, qui verbo suo fontem te manare praecepit. Et in ipsius nomine te exorcizo, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit. Et in ipsius nomine te exorcizo, quem Joannes in te baptizavit, ut omnis spiritus erroris, et omnes phantasiae daemonum per te aspersae effugiant, et separentur de eodem loco. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. **Am.**

Exorcizo te creatura aquae, in nomine Dei Patris Omnipotentis, et in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut omnis immundus spiritus, vel incursio Satanae separetur a te creatura aquae. Proinde ergo efficiaris aqua exorcizata ad effugandum omne phantasma inimici, et ipsum inimicum eradicare, et effugare valeas, in nomine Dei Patris Omnipotentis, qui cum eodem Filio suo, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. **Amen.**

Benedic Domine hanc aquam benedictione caelesti, et assistat super eam virtus Spiritus sancti, ut ubicunque aspersa fuerit, longe recedat virtus inimicorum, umbra phantasmatum, incursio turbinum, percussio fulminum, laesio tonitruorum, calamitas tempestatum: omnis denique spiritus procellarum te ipso benedicente effugiatur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **Amen.**

irtutis tuae invictam fortitudinem deprecor, Domine sancte, Pater Omnipotens, aeternae Deus, super hunc Salem, cui non minimam gratiam conferre dignatus es: ut ex illo possint universa condiri, quae hominibus ad escam per tuum Filium Dominum nostrum procreari iussisti, per quem te Domine supplices exoramus, ut Salem istum sancti ficare, et bene dicere, et consecrare pro tua pietate digneris: ut ex vultu divinae Majestatis tuae virtutem tuam contra omnes immundos spiritus possit accipere. Expellat de tabernaculis famulorum, famularumque tuarum, quidquid potest pestiferum esse, et exhibeat plenum salutis effectum. Deterreat praestigias, phantasmataque compescat, per signum sanctae Crucis Filii tui Domini nostri, et tutelam fidelissimam desiderantibus praestet, per hoc tuum Domine Jesu Christe signaculum, quod nullius dolus, nullius pertinacia designavit. Qui vivis, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

enedico te creatura Salis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut haec creatura Salis in nomine Sanctae Trinitatis efficiatur salutare Sacramentum, sitque perfecta medicina in visceribus fidelium tuorum. Per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

ntuere Domine hanc creaturam Salis, quam usibus humani generis tribuisti. Et petimus Omnipotens aeternae Deus, per signum Crucis unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, ut ubicumque aspersa fuerit aqua, hoc sale commixta, sit effi-

cax ad evacuandam omnem adversariam potestatem inimici. Consumat et arefaciat, nihilque ibi remaneat immundum, nihil pestiferum, sed ad invocationem Nominis tui, sit nobis mundum ac benedictum. Per eum, qui venturus est judicare, vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Exorcizo te creatura Salis per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum totius Creatorem: per eum, qui te per Elisaeum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae, qui per Apostolum Paulum dicere dignatus est: sit cor vestrum sale conditum. Ideoque efficere Sal ad exorcizandum, ad evacuandum, ad expellendum inimicum, omnemque virtutem et putredinem ejus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Domine et Salvator noster Jesus, antequam ad caelos ascenderet, Apostolis suis mandavit, dicens: Habete in vobis salem, et pacem habete inter vos.

Haec commixtio salis et aquae pariter fiat, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et in virtute Domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Exorcizo te creatura salis, et aquae in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: Exorcizo te per Deum vivum. Exorcizo te per Crucifixum. Exorcizo te per Spiritum sanctum. Per eum te exorcizo, qui te per Elisaeum Prophetam in aquam

mitti jussit, dicens: Haec dicit Dominus: Sanabitur aqua ista, et non erit in ea mors, neque sterilitas. Per ipsius nomen te adjuro, qui divina voce oris sui Apostolis suis locutus est, dicens: Vos estis sal terrae, et cor vestrum sit sale conditum. Ut omnes, qui ex te sumserint, sint sanctificati in animabus et corporibus. Ut, ubicunque aspersa fueris, effugias inimicum, et praestes omnibus remissionem peccatorum, expellas insidias, et excludas omnes daemonum tentationes. Tu autem Conditor, et Restaurator omnium elementorum tuorum, qui haec fluenta, tuo nomine sanctificata, ad purgationem locorum proficere jussisti, deprecor: ut nominis tui invocata Majestate gratiam Spiritus sancti haec aqua accipiat, valeatque ad expellendas diabolicas artes, per manus servorum tuorum aspersa, et per sanctificationem, quam tu Domine sanctificando sanctificas, et benedicendo benedixisti, ut omnis immundus spiritus aspersione hujus aquae repulsus, et confusus discedat, et omnis incursus Satanae, et omne phantasma, omnisque immunditia, et putredo inimicorum longe recedat. Nec consistendi, aut resistendi habeat potestatem, nec in eodem loco standi, aut commorandi, sed victus et destructus abscedat diabolus cum omni pompa sua. Per virtutem, et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

Amen.

xorcizo te creatura aquae sale conspersa per Deum vivum, per Deum verum, per Deum totius Creatorem, qui te in principio separavit ab arida, et in quatuor fluminibus dividere dignatus est, ut, ubicunque portata, vel aspersa fueris, effugiatur et separetur inimicus, et omnis putredo ejus, ut ipsa domus Deo sit dicata, per virtutem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

e autem creatura aquae adjuro, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per eum te adjuro, qui te in principio separavit ab arida. Adjuro te per Deum vivum, qui te de fonte paradisi manare fecit,

et in quatuor fluminibus exire jussit, et totam terram rigare praecepit. Adjuro te per eum, qui te in Cana Galilaeae sua potentia convertit in vinum, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit, qui tibi nomen imposuit Siloe. Adjuro te per eum, qui in te Naaman Syrum a sua lepra per manum Elisaei Prophetae mundavit. Aqua sancta. Aqua bene dicta. Aqua lavans sordes, et mundans peccata.

Adjuro te per Deum vivum, ut te mundam exhibeas, nec aliquam phantasiam in te retineas, sed efficiaris exorcizata ad efugandum inimicum, et omnes actus fulguris, ubicunque aspersa fueris, sive in domo, sive in agro, sive in vineis, sive in seminatis campis, sive in fructibus, sive in angulis cubiculorum sive in navibus, sive in puteis, vel si quis ex te gustaverit, fias ei defensio, et remedium sanitatis. Ipse quoque diabolus elongetur, et separetur, quantum elongatum est caelum a terra, lux a tenebris, veritas a mendacio, justitia ab injustitia, dulce ab amaro, tantum elongetur, et separetur ille immundus spiritus ab habitationibus famulorum, famularumque Dei: per nomen Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit,

Per omnia saecula saeculorum. Amen.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Sursum corda. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

ere dignum et justum est, aequum, et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Deus caeli et terrae, cujus virtuti subdita sunt universa. Cujus verbo creata sunt omnia. Supermitte, quaesumus, virtutem Spiritus sancti tui super hanc

creaturam, ut fiat aqua sanctificata, in nomine Pa tris, et Fi lii, et Spirítus sancti. Te igitur Omnipotens Deus, altissima salus, et respector perpetuus, humiliter rogamus, et petimus, ut nos exaudias, et miserearis precibus nostris, quatenus ubicunque haec aqua aspersa fuerit, fiat te jubente causa purificationis. Habeat quoque perpetuam gratiam ipsa domus, fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, gaudium verum, honorem perpetuum, ut omnes malevoli, et invidi spiritus ab ea expellantur, et separentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

terum te alloquor aqua, quae lucis similitudinem habes, tu sub caelo, tu super caelum, tu sub terra, tu super terram. Super te invoco nomen sanctum atque mirabile Dei Omnipotentis, qui te sua potentia convertit in vinum, suspendit super caelos, congregavit in terra, miscuit in mari. Qui te arcanis et velocibus ventis pluere praecepit, et ad usus hominum, et lavacrum dedit, et sitientibus potum subministravit. Super quam etiam Spiritus Domini non solum ferebatur, sed etiam fertur. Adjuro ergo te creatura aquae per septiformem Spiritum Dei vivi. Adjuro te per novem ordines Angelorum. Adjuro te per vocem tonitruí coruscantis, tremendi, et caelestis Regis. Adjuro te per lignum mysterii, de quo aqua percussa, statim dulcis facta est. Adjuro te per eum, qui omnia creavit, ne contemnas vocem humilitatis meae, sed expellas omnem umbram, omnes satellites adversariorum, omnes machinationes diaboli, sive spirituum immundorum, sive damnatorum, sive errantium, sive ex invocatione magicae artis, sive praecantatorum argumenta, sive draconum, et omnium volucrum vel viperarum, quia imperat tibi Dominus Jesus Christus Filius Dei vivi; quod mox ut aspersa fueris in nomine Dei Sabaoth, sive in hominibus, sive in domibus, sive in vineis, sive in pecoribus, vel in quibuslibet animantibus, sive in seminatis campis, sive in qualicunque creatura universali, vel in quocunque loco aspersa fueris: sive super infirmum, vel languentem, sive in potum data fueris ho-

mini in valetudine detento, aut maligni spiritus infestatione percusso, mox expellas, et excludas omne malignum, ut possit homo velocius salvus fieri, per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui neque dici, neque scribi, neque computari potest, cui nomen est Deus. Tu autem Domine, qui per Angelum tuum fontem Agar ostendisti, et ex eo Ismaelem sitientem potasti. Qui pueri tui Abrahae in Mesopotamia preces exaudisti, et omnia desideria cordis ejus implesti. Qui famulo tuo Moysi in deserto eremi petram percutere, et ex ea aquam producere, et populum rigare jussisti.

ut aquam amaram immisso ligno dulcorasti, benedicere et sanctificare digneris hanc creaturam aquae: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

ut ubicunque aspersa fuerit in nomine tuo, omnes saevas inimici jaculationes expellat. Illud etiam rogamus, et petimus, Deus Omnipotens, ut sicut ad domum Raguelis sanctum Angelum tuum Raphaëlem mittere dignatus es, ut Asmodaeum daemonem colligaret: simile quoque beneficium domibus nostris donare digneris, ut ubicunque haec unda aspersa fuerit, nunquam malignus spiritus in eadem domo consistendi, vel commorandi habeat potestatem, sed confusus protinus, et destructus abscedat, Per Christum Dominum nostrum: per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates: caeli caelorumque virtutes, ac Beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in Excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in Excelsis.

xorcizo te spiritus immunde per Deum vivum, qui fecit caelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt, ut omnes virtutes adversarii, omnes exercitus diaboli, omnes incursus, et omnia phantasmata inimici eradicentur, et effugiant ab hac creatura salis et aquae, ut sit sancta, et salutifera, et ignis ardens adversus omnes insidias eorum. Ut ubicunque portata, vel aspersa fuerit haec creatura salis, et aquae, sit sanitas, sinceritas, et corporis medicina, et effugiat omnis infirmitas. Fulgura quoque et grandines ab aspersione hujus aquae separentur, effugiant, elongentur. Per eum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

ere Santus, vere benedictus, terribilis, metuendus, et adorandus es Domine Deus noster, ab occultis nostris munda nos, et ab alienis parce servis tuis, ut cum fiducia valeamus dicere orationem illam regalem, quam Dominus et Salvator noster per Evangelium suum orare nos docuit, dicens: Pater noster, clara

**Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo.**

ibera nos, quaesumus, Domine ab omnibus malis, praeteritis, praesentibus, et futuris. Libera nos, quaesumus Domine, famulos et famulas tuas a gladio et fama, a tentatione diaboli, a percussione saeculi, et ab infirmitatibus malis. Per liberatorem et Redemptorem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit,

omine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus

Jacob , exorcizante me istam creaturam salis et aquae precor te, ut me exaudire digneris, in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, Filii Dei vivi, Regis et Judicis nostri, ut sit purgatio et purificatio omnibus hominibus, atque in eis, in quibus aspersa fuerit, habeat potestatem ad effugandos immundos, et phantasmaticos spiritus, et omnem nefarium diabolum, atque omnes figuras, et minas Satanae. Concedatur etiam ei potestas ad exterminandum fulgura, et grandines, et omnes adversitates humanae naturae, ut non possit immundus spiritus nocere his locis, in quibus aspersa fuerit, sed confusus et destructus abscedat: Per virtutem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit,

djuro te creatura salis et aquae in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Adjuro te in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit. Adjuro te per eum, qui te de fonte paradisi produxit. Adjuro te per eum, qui Apostolis suis praecepit dicens: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Per ipsius Nomen te adjuro, ut, ubicunque aspersa fueris, omne phantasma de domo ista, et omnis incursio diaboli eradicetur, et effugiat: per Deum vivum, per Deum verum, per Deum totius Creatorem, ut neque hominibus, neque domiciliis, neque navibus, neque pecoribus, neque frugibus, neque arboribus noceas. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

eus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus praeparato virtutem tuae benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos daemones, morbosque pellendos divinae gratiae sumat effectum, ut quidquid in domi-

bus vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiae latentis inimici, et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat, ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat,

Benedictio Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super hanc creaturam salis et aquae. Amen.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

n illo tempore: Factum est, cum baptizaretur omnis populus, et Jesu baptizato et orante, apertum est caelum, et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de caelo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta ut putabatur Filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph, qui fuit Matathiae, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Heli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahat, qui fuit Mathathiae, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda, qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zarobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmodan, qui fuit Her, qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Joram, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melchi, qui fuit Menna, qui fuit Mathathiae, qui fuit Natan, qui fuit David, qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judae, qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit

Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalem, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Adae, qui fuit Dei. **Jes us** autem plenus Spiritu sancto regressus est a Jordane.

Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri,

Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Et salutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater Omnipotens, aeternae Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Te Deum laudamus,

pag. 252.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Qui fecit celum, et terram.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

uscipe, sancte Pater, a me indigno famulo tuo haec munera, quae in honorem nominis tui sancti, et in titulum Omnipotentiae tuae Majestatis, humiliter tibi offero; sicut suscepisti sacrificium Abel justi; et sicut eadem munera a tribus Magis, tibi quondam offerentibus, suscepisti.

xorcizo te creatura Auri, Thuris, Myrrhae, per Patrem Omnipotentem, per Jesum Christum Filium ejus unigenitum, per Spiritum sanctum! Paraclytum: ut a te discedat omnis fraus, dolus, et nequitia diaboli, et sis remedium salutare humano generi, contra insidias inimici: ut quicumque divino freti auxilio, te in suis oculis, domibus, aut circa se habuerint, per virtutem et merita Domini et Salvatoris nostri, ac intercessionem ejus sanctissimae Genitricis, et Virginis Mariae, ac eorum, qui hodie similibus muneribus Christum Dominum venerati sunt, omniumque Sanctorum, ab periculis animae et corporis liberentur, et bonis omnibus perfrui mereantur. Amen.

eus invisibilis, et interminabilis, pietatem tuam per sanctum ac tremendum Filii tui Nomen suppliciter deprecamur: ut in hanc creaturam Auri, Thuris, et Myrrhae bene dictionem, ac operationem tuae virtutis infundas; ut, qui ea penes se habuerint, ab omni aegritudinis, et laesionis incursu tuti sint, omnes morbos corporis, et animae effugiant, nullum dominetur in eis periculum, et laeti, ac incolumes tibi in Ecclesia tua deserviant: Qui in Trinitate perfecta vivis, et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

t benedictio Dei Omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super hanc creaturam Auri, Thuris, et Myrrhae, et maneat semper. Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
fecit caelum, et terram. Dominus vobiscum.
cum Spiritu tuo.

Qui
Et

ene dic Domine creaturam hanc Florum, Herbarumque, ut sit remedium salutare generi humano, per invocationem tui sancti Nominis; et quam nobis tua largitas pro consolatione tribuit, proficiat habentibus, et conservantibus, in sanitatem et felicitatem corporis et animae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ropitiare famulis, ac famulabus tuis, Domine Deus, ob gloriam sanctissimi Nominis tui, qui tibi fide deserviunt, et caelestia dona sperant: ut tua benedictio per has herbas, et flores ipsis proficiat ad tutelam corporis et animae; et flores, ac herbas istas tua benignitas benedicendo benedicat; atque praesidiis tuae gratiae, quod speramus, et credimus una fide Catholica insigniti consequi mereamur, et laudabiliter obtinere valeamus: Per eum, qui nos in Cruce redemit, et salvavit. Amen.

I.

Domine, Domine virtus salutis meae; obumbrasti
super caput meum in die belli.

enedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium: * et digitos meos ad bellum.

isericordia mea: et refugium meum: * susceptor meus, et liberator meus.

rotector meus, et in ipso speravi: * qui subdit populum meum sub me.

omine! quid est homo, quia innotuisti ei: * aut filius hominis, quia reputas eum?

omo vanitati similis factus est: * dies ejus sicut umbra praetereunt.

omine inclina caelos tuos, et descende: * tange montes, et fumigabunt.

ulgura coruscationem, et dissipabis eos: * emitte sagittas tuas, et conturbabis eos.

mitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis: * de manu filiorum alienorum.

uorum os locutum est vanitatem: * et dextera eorum, dextera iniquitatis.

eus canticum novum cantabo tibi: * in psalterio deca-chordo psallam tibi.

ui das salutem regibus: * qui redemisti David servum tuum de gladio maligno: eripe me.

t erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: * et dextera eorum, dextera iniquitatis.

uorum filii, sicut novellae plantationes: * in juventute sua.

iliae eorum compositae: * circumornatae, ut similitudo templi.

romtuaria eorum plena: * eructantia ex hoc in illud.

ves eorum foetosae, abundantes in egressibus suis * bo-ves eorum crassae.

on est ruina materiae, neque transitus, * neque clamor in plateis eorum.

eatum dixerunt populum, cui haec sunt: * beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

loria Patri,
ater noster,

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo.

Salvos fac servos tuos.

Deus meus sperantes in te.

Esto eis Domine turris fortitudinis.

A facie inimici.

Nihil proficiat inimicus in eis.

Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

omine sancte, Pater Omnipotens, aeterne Deus, qui cuncta solus ordinas, et recte disponis, quique ad coërcendam malitiam reproborum, et tuendam justitiam usum gladii in terris hominibus salubri dispositione permisisti, et militare ordinem ad populi protectionem institui voluisti: Deus, qui per Joannem militibus ad se in desertum venientibus, ut neminem concuterent, sed propriis contenti essent stipendiis, dici fecisti; clementiam tuam supplices exoramus, ut sicut David puero tuo Goliath superandi largitus es facultatem, et Machabaeum de feritate gentium, Nomen tuum non invocantium, triumphare fecisti: ita et his famulis tuis, qui pro justitia, et veritate ad bella procedunt, pietate caelesti vires et audaciam ad Fidei et justitiae defensionem tribuas, et praestes eis fidei, spei, et charitatis augmentum. Da eis, Domine, tui timorem pariter et amorem, humilitatem, perseverantiam, obedientiam, et patientiam bonam, ut neminem injuste laedant, sed omnia justa, et recta defendant, te timeant, et recte colant, perfidorum consortia vitent,

suam in proximum charitatem extendant, praepositis suis in omnibus recte obediant, et suum in cunctis juste officium exequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

mnipotens sempiterne Deus, super hos famulos tuos, qui pro gloria tua, et propugnatione justitiae ad bella procedunt, gratiam tuae benedictionis infunde, et eos dexteræ tuæ virtute fretos fac contra cuncta adversantia caelestibus armari praesidiis, quo nullis in hoc saeculo tempestatibus bellorum turbentur, sed te auxiliante hostibus suis fortiores evadant. Per Dominum nostrum Amen.

II.

Adjutorium nostrum,
Dominus vobiscum.

Qui fecit caelum,
Et cum Spiritu tuo.

Országos Széchényi Könyvtár

mnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, et triumphantium fortitudo, respice propitius ad preces humilitatis nostrae, et hoc Vexillum, quod bellico usui praeparatum est, caelesti benedictione sanctifica, ut contra adversarias, et rebelles nationes, sit validum, tuoque munimine circumseptum: sitque inimicis Christiani populi tui terribile, ac intercedentibus Sanctis tuis solidamentum, et victoriae certa fiducia: tu enim es Deus fortis, qui conteris bella, et caelestis praesidii sperantibus in te praestas auxilium. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ccipe Vexillum, caelesti benedictione sanctificatum,
 Si gnum inimicis populi Christiani terribile: et tibi det Do-
 minus gratiam, ut ad ipsius nomen et honorem cum illo hostium
 cuneos potenter penetres incolumis, et securus. ax tibi

III.

Adjutorium nostrum,
 Dominus vobiscum.

Qui fecit caelum,
 Et cum Spiritu tuo.

ene dicere digneris, quaesumus, Domine hunc Ensem, et
 istum famulum tuum, qui eum te inspirante suscipere desiderat,
 pietatis tuae custodia munias, et illaesum custodias ab omnibus
 inimicis ejus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ccipe ensem istum in nomine Pa tris, et Fi llii, et
 Spiritus sancti, et utaris eo ad defensionem tuam, et San-
 ctæ Dei Ecclesiae, et ad confusionem inimicorum Crucis Chri-
 sti, ac fidei Christianae: et quantum humana fragilitas permi-
 serit, cum eo neminem injuste laedas: quod ipse tibi praestare
 dignetur, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat
 Deus in saecula saeculorum. Amen.

IV.

Adjutorium nostrum,
 Dominus vobiscum.

Qui fecit caelum,
 Et cum Spiritu tuo.

ignaculum et Benedictio Dei Omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super haec Arma, et super induentem, quibus ad tuendam justitiam induatur: rogamus te, Domine Deus! ut illum protegas, et defendas, qui vivis, et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Deus Omnipotens, in cujus manu victoria plena consistit: quique etiam Davidi ad expugnandum rebellem Goliath vires mirabiles tribuisti, clementiam tuam humili prece deposcimus, ut haec arma alnifica pietate bene dicere digneris, et concede famulis tuis (famulo tuo) eadem gestare cupientibus, ut ad munimen, ad defensionem Sanctae Matris Ecclesiae, pupillorum, et Viduarum, contra visibilium, et invisibilium hostium impugnationem, ipsis libere et victorioso utantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Országos Széchényi Könyvtár

VI.

Adjutorium nostrum,
Domine exaudi,
Dominus vobiscum.

Qui fecit caelum,
Et clamor meus,
Et cum Spiritu tuo.

exorcizo vos creaturas pulveris tormentarii (globorum plumbeorum, et ferreorum) per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, et per Sanctissimam Trinitatem. Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum: et per Deum, qui omnia creavit ex nihilo: qui rebelles Angelos de caelo ad inferos praecipitavit: et per Jesum Christum Filium ejus, Dominum nostrum, qui daturus est praedestinati felicitate regnum aeternum, et reprobis damnationem; et per omnia nomina sancta Dei, vos conjuro, exorcizo et per omnia modo dicta, ut sint in defensionem nostram, et Ecclesiae Christi, et in dissolutionem omnium praestigiarum, maleficiorum, et superstitiosarum illusionum corporis humani: ita ut nihil impedire valeant, quo minus per has creaturas Dei, inimici nostri, et Catholicae fidei hostes offendi, penetrari, et superari valeant. Per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

neffabilem clementiam tuam, Omnipotens aeternae Deus, humiliter imploramus: ut sicut es unus in essentia, et Trinus in Personis, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus; ita per eandem immensam clementiam, et pietatem tuam, bene dicere digneris has tuas creaturas pulveris tormentarii (globorum plumbeorum et ferreorum) ut sint omnibus Christianis fidelibus ad defensionem, justis ea usurpantibus protectio, et defensio perpetua contra omnes spiritus malignos, incantationes, praestigias, et maleficia: sintque perpetua malignorum spirituum, et maleficiorum expulsio, annihilatio, eorumque ac omnium praestigiosarum illusionum dissolutio, et dissipatio: ut quemcunque locum humani corporis, ac hostilis tetigerint, nulla spirituum malignorum potestas eorum vim retundere, vel debilitare possit, quo minus pro fidei Catholicae, ac fidelium servorum tuorum defen-

sione, vel propugnatione, iniquorum hostium cuneos penetrare, in fugam propellere, et superare possint: idque benignissime Deus pro tua misericordia praestare digneris per virtutem Sanctissimae Crucis Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Amen. n nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

N. B.

etc.

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

fol. 214.

e reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. ater noster,

Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo.

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me: et fortes quaesierunt animam meam: et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: et Dominus susceptor est animae meae.

Dirige mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri, sicut erat,

Saluum fac Deus meus sperantem in te. Esto ei Domine turris fortitudinis. A facie

inimici. Nihil proficiat inimicus in. Et filius ini-

quitatis non apponat nocere ei. Mitte ei Domine auxi-

lium de Sancto. Et de Sion tuere Domine

exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere, suscipe deprecationem nostram: ut delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

omine sancte, Pater Omnipotens, aeterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui illum refugam tyrannum, et apostatam gehennae ignibus deputasti, quique Unigenitum tuum in hunc mundum misisti, ut illum rugientem contereret: velociter attende, accelera, ut eripias hominem ad imaginem, et similitudinem tuam creatum, a ruina, et daemonio meridiano. Da Domine terrorem tuum super bestiam, quae exterminat vineam tuam. Da fiduciam servis tuis contra nequissimum draconem pugnare fortissime; ne contemnat sperantes in te; et ne dicat, sicut in Pharaone, qui jam dixit: Deum non novi, nec Israël dimitto. Urgeat illum dextera tua potens discedere a ^{famulo tuo} famula tua ne diutius praesumat captivum tenere, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es, et in Filio tuo redemisti: qui tecum vivit et regnat Amen.

raecipio tibi, quicumque es spiritus immunde, et omnibus sociis tuis, hunc Dei famulum obsidentibus: ut per mysteria Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, et Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, per Missionem Spiritus sancti, et per Adventum ejusdem Domini nostri ad judicium, dicas mihi nomen tuum, diem, et horam exitus tui cum aliquo signo; et ut mihi Dei ministro, licet indigno, prorsus in omnibus obedias: neque hanc creaturam Dei, vel circumstantes, aut eorum bona ullo modo offendas.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

In principio erat Verbum, fol. 131.

Lectio S. Evangelii secundum Marcum.

in illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae. Qui cre-

diderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo daemones ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: et, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super aegros manus imponent, et bene habebunt.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

in illo tempore: Reversi sunt septuaginta duo cum gaudio, dicentes ad Jesum: Domine, etiam daemones subjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

in illo tempore: Erat Jesus ejiciens daemonium, et illud erat mutum. Et cum eiecisset daemonium, locutus est mutus, et admiratae sunt turbae. Quidam autem ex eis dixerunt: In Belzebub, principe daemoniorum, ejicit daemones. Et alii tentantes, signum de caelo quaerebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet. Si autem et Satan in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis in Belzebub me ejicere daemones. Si autem ego in Belzebub ejicio daemones, filii vestri in quo ejiciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro, si in digito Dei ejicio daemones, profecto pervenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet: si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, et spolia ejus distribuet.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

omnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Christe Jesu, Deus et Dominus universae creaturae, qui sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes, et scorpiones; qui inter caetera mirabilium tuorum praecepta dignatus es dicere: Daemones effugate: cujus virtute motus tanquam fulgur de caelo satanas cecidit: tuum sanctum nomen cum timore, et tremore suppliciter deprecor, ut indignissimo mihi servo tuo, data venia omnium delictorum meorum constantem fidem, et potestatem donare digneris: ut hunc crudelem daemonem, brachii tui sancti munitus potentia, fidenter et securus aggrediar, per te Jesu Christe Domine Deus noster, qui venturus es judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Ecce Crucem Domini, fugite partes adversae. Vicit Leo de tribu Juda, radix David. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, invoco nomen sanctum tuum, et clementiam tuam supplex exposco, ut adversus hunc, et omnem immundum spiritum, qui vexat hoc plasma tuum, mihi auxilium praestare digneris: Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Exorcizo te immundissime spiritus, omnis incursio adversarii, omne phantasma, omnis legio, in nomine Domini nostri Jesu

Recede ergo in nomine

Domine exaudi orationem meam.

